Imprimatur.

5 *Id. Aug.* 1686.

Z. Iſham. R. P. D. Epiſc. *Lond.* à Sacris.

Imprimatur.

5 *Id. Aug.* 1686.

Z. Iſham. R. P. D. Epiſc. *Lond.* à Sacris.

P. 4. 44

Jacobi Uſſerii

Archiepiſcopi *Armachani*,

OPUSCULA DUO,

Nunc primùm Latinè Edita:

Quorum alterum eſt de Epiſcoporum,

Et Metropolitanorum Origine:

ALTERUM

De *ASIA* Proconſulari

Acceſſit Veteris

Eccleſiæ Gubernatio Patriarchalis,

Ab E. B. Deſcripta.

Interprete R. R. E B. P.

Prætereà accedit APPENDIX,

DE

Antiquâ Eccleſiæ Britannicæ Libertate,

Et Privilegiis.

UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

LONDINI:

Impenſis *Samuelis Smith*, ad *Inſignia Principis* in Cœmiterio D. *Pauli*. MDCLXXXVII.

REPAIR

749:11

EPISCOPORUM
ET
Metropolitanorum Origo,
PER
Jacobum Archiepiſcopum *Armachanum*
DESCRIPTA.

EPiſcopatûs Origo, partim in exemplari à Deo in Teſtamento Vetere præſcripto; partim in imitatione ejuſdem ab Apoſtolis invectâ, & ab ipſo Chriſto in Novo Fœdere confirmatâ, fundatur. Eccleſiæ ſub Vetere Teſtamento gubernatio Sacerdotibus & Levitis permiſſa eſt: quorum in locum Miniſtri in Eccleſiâ ſub Novo ſucceſsêre, non aliter quàm dies Dominicus in ſabbatici locum ſucceſſit. Ut adimpleretur illud, quod à Prophetâ, de vocatione Gentium, dictum eſt: * *Et aſſumam ex eis in ſacerdotes & Levitas, dicit Dominus.* * *Iſ.* 66. 21.

UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

Sacerdotes ordine fuisse superiores quàm Levitas nemo dubitat: ipsos etiam sacerdotes non fuisse inter se æquales, ne Levitas quidem, ex Oraculis divinis liquet; in quibus & de horum & de illorum Capitibus & Rectoribus fit mentio, 1 Paralip. 24. 6, 31. & Esdr. 8. 29.

Levitæ in tres familias sunt distributi, Gershonitarum, Cohathitarum & Meraritarum: & harum unicuiq; נשיא Ἀρχοντα sive Rectorem præfecit Deus, Num. 3. 24, 30, 35. Sacerdotes per Davidem in quatuor & viginti vices & ministeria sunt dispertiti; 1 Paralip. 24. & singulis capita sua sive Rectores fuerunt: qui in Testamenti Novi historia † ἀρχιερεῖς, sive Principes Sacerdotum frequentèr nominantur, distincti palàm ab illo singulari Principe, qui typus erat ‖ *Pontificis illius magni, qui penetravit Cælos, Jesu filii Dei.* Imò Nehem. 11. Episcopos habemus duos, sacerdotum unum, Levitarum alterum, qui Hierosolymæ habitarunt. Horum ille ab interprete Græco, v. 14. hic ab Interpretibus, tum Græco tum Latino, * v. 22. sic nominatur: nec sine ipsius Scripturæ autoritate, quæ ex ‖ Hebraico

† *Matt.* 2. 4. & 27. 1. 1 *Act.* 19. 14, &c.

‖ *Heb.* 4. 14.

* Ἐπίσκοπος Λευιτῶν. LXX. *Episcopus Levitarum.* *Hieron.* ‖ פקדה

braico ejuſdem Originis vocabulo in Vetere Teſtamento ἐπισκοπὴν in Novo interpretatione † Græcâ effecit. *Pſal.* 108. 8. † *Act.* 1. 20.

De Tribu Levi à Moſe divino Viro dictum eſt: ‖ *Hi cuſtodient eloquium tuum, & pactum tuum ſervabunt, & legem tuam, O Iſrael; ponent thymiama in furore (ſive in conſpectu) tuo, & holocauſtum ſuper altare tuum.* Cùm autem pars illorum muneris poſterior unà cum ipſis exoleverit, & altare Leviticum (veritate quam illud deſignabat jam olim exhibitâ) ſublatum ſit penitùs; quidni ex priore illius parte (quæ talem relationem typicam non habet) concludere liceat, Epiſcopos & Presbyteros noſtros debere eſſe, (quemadmodum eos Apoſtolus eſſe voluit) * διδακτικὸς ad docendum habiles; † qui potentes ſint hortari doctrinâ ſanâ, & eos qui contradicunt arguere. Imo & ex ipsâ parte poſteriore, cùm Deus ſtatuerit, ut ‖ ſacerdotes & Levitæ, & omnes, qui de eadem Tribu eſſent, ſacrificia Domini & oblationes ejus comederent: nonne Apoſtolus inde juſta proportione arguit, * *Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui altari deſerviunt, cum* ‖ *Deut.* 33. 10. * 1 *Tim.* 3. 2. † *Tit.* 1. 9. ‖ *Deut.* 18. 1. * 1 *Cor.* 9. 13, 14.

altari participant: Ita & Deus ordinavit iis, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere?

Quâ igitur aliquis similitudine veri ductus opinari poterit, quod à Deo sub Lege institutum fuit, ad meram Ecclesiæ gubernationem (in quo nullus erat typus aut ceremonia) ut Antichristi commentum illud sub Evangelio debere rejici? illam quæ olim † ab ipso plantata est, *vinea electa, omne semen bonum,* nunc adeò *conversam esse in pravam vineam alienam,* ut jam nulla illi purgatio, nulla putatio esset satis: extirpari radicitùs jam oportere, tanquam plantam ‖ *quam Pater noster cælestis nunquam plantaverat.* Sed cùm nihil, his quidem temporibus, sit usitatius, quàm Antichristo illud ascribere quod nobis in Rep. Christianâ non statim arrideat: tutissimum profectò erit ipsum Christum hâc in re consulere, & audire quid ille dicat.

† *Jer.* 2. 21.

‖ *Matt.* 15. 13.

Hæc dicit ille, qui tenet septem stellas in dextrâ suâ, Apoc. 2. 1. Recognoscit igitur has Christus stellas, quæcumq; demum hæ fuerint, earumq; porro mysterium sic chariſſimo discipulo enarrat. Septem stellæ, quas vidisti in dextrâ meâ, Angeli sunt septem

ptem Ecclesiarum, Apoc. 1. 20. Unde quidam vir doctus, sed illi Presbyterianorum disciplinæ, quam hodierni homines tantopere admirantur, cum primis deditus, hanc efficit conclusionem: * *Quanta igitur dignitas verorum pastorum, qui tum stellæ sunt, non in alio firmamento quam in dextrâ Christi fixæ; tum Angeli?*

* *Tho. Brightman in Apoc. 1. 20.*

Observaverat rectè hic scriptor, in Ephesinâ Ecclesia (de septem hoc in loco designatis unâ) † Presbyteros fuisse plures, quos *S. Spiritus universo gregi Episcopos constituerat, regere Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo.* Præviderat simul, si unum in cæteris eminentem Angelum agnosceret (cum omnes tàm ‖ extraordinarii Prophetæ, quàm * ordinarii Pastores, suâ quisq; statione, Angeli seu nuncii Domini exercituum habeantur) sibi agnoscendam quoq; unius Episcopi in cæteris Episcopis præeminentiam (cùm id nomen tunc temporis omnium Presbyterorum † commune esset) eumq; adeò fuisse *stellam non in alio firmamento quàm* in Christi dextrâ fixam.

† *Act.* 20. 17, 28.

‖ *Jud.* 2. 1. *Agg.* 1. 13. *Matt.* 11. 10. * *Malach.* 2. 7.

† *Philip.* 1. 1. *1 Tim.* 3. 2. *Tit.* 1. 5, 7.

Ut hæc igitur difficultas minueretur; assumit primò, omnes in Ecclesiâ

unaquaq; stellas unius ejusdemque fuisse magnitudinis; deinde, quanquam stellæ quæ Angelos designant, septem duntaxat essent, tamen Angelos fuisse longè plures; postremo, cum Christus dixerit, || *Angelo Ephesinæ Ecclesiæ scribe*, non * *uni* certo *Angelo*, sed toti potius *collegio Pastorum* scribi. Quo autem hæc fundamento? nimirum quòd ipse ratiunculis nescio quibus sibi persuasisset; *non unum fuisse Angelum Ephesi, sed plures: nec inter istos aliquem Principem.*

|| *Apoc. 2. 1.*

* *Brightman. ibid.*

Quæ tàm plani loci distortio tàm supra modum est violenta, ut ipse Beza (disciplinæ novæ studio non minùs quàm ille flagrans) eam nequaquam ferre potuerit, sed ingenuè fateatur, Dominum jussisse scribi, † Τῷ ἀγγέλῳ, h.e. προεστῶτι, *Quem nimirum oportuit inprimis, de his rebus admoneri, ac per eum cæteros collegas, totamq; adeò Ecclesiam.* Unum autem tunc temporis Pastorem fuisse Ephesi qui constantèr cæteris præsideret, eumq; ipsum scilicet (ut || Rainoldus addit) quem Patres Episcopum post appellarunt; insuper demonstrari poterit, non modò primorum in illâ Ecclesiâ Episcoporum successione, sed diserto quoq; Igna-

† *Bez. in Apoc. 2. 1.*

|| *Colloq. Hart. c. 8. div. 3.*

Ignatii Teſtimonio, qui (poſt duodecim ab illo tempore nec plures annos) ſingularem illius & perpetuum antiſtitem, Epiſcopi nomine à Presbyteris cæteris diſtinxit.

Quod ad ſucceſſionem, in generali Concilio Chalcedonenſi Leontius Magneſiæ Epiſcopus declarabat palàm, * à Timotheo uſq; (adeoq; à diebus Apoſtolorum) Epiſcopos ſediſſe Epheſi ſeptem & viginti, omnes in ipsâ Epheſo ordinatos. De quibus Epheſinæ Eccleſiæ Angelus in Apocalypſi memoratus, neceſſariò eſt unus; ſeu Timotheus is fuerit ut † nonnulli volunt, ſive unus à ſucceſſoribus illius proximis, ut alii potiùs opinantur.

* Ἀπὸ τοῦ ἁγίου Τιμοθέου μέχρι τῶν εἰκοσιπέντε ἐπίσκοποι ἐγένοντο, πάντες ἐν Ἐφέσῳ ἐχειροτονήθησαν.

† *Vide Petr. in Apoc. c. 2. diſp. 2. Alcaſ. Proœm. in c. 2. & 3. Apocal. notat. 1. & Petr. Halloix. Notat. in vit. Polycarp. c. 7.*

Nam Timotheum aliquando fuiſſe ‖ περιεζῶτα (ut eum Juſtinus Martyr appellat, quem alii Patres peculiari nomine Epiſcopum vocant) ſeu Antiſtitem Presbyterii Epheſini fatetur Beza: eundemq; primum Epheſiorum Epiſcopum fuiſſe ordinatum non ſolùm in ſubſcriptione ſecundæ ad Timotheum Epiſtolæ, & in * Hiſtoriâ

‖ *Notandum eſt ex hoc loco, Timotheum in Epheſino Presbyterio tum fuiſſe περιεζῶτα (i. e. antiſtitem) ut vocat Juſtinus. Bez. Annotat. in 1 Tim. 5. 19. Qui politiæ causâ reliquis fratribus in cœtu præerat (quem Juſtin. τὸν περιεζῶτα vocat) peculiariter dici Epiſcopus cœpit. Id. in Philip. 1. 1.* * *Euſeb. Hiſt. lib. 3. κεφ. ϛ.*

Eusebii Ecclesiasticâ legimus, verum etiam in duobus de Timothei Martyrio libellis, quorum unus è † Photii Bibliothecâ anonymus, alter fert nomen || Polycratis, illius in quam Polycratis, qui non modò ipse Ephesinæ hujus Ecclesiæ Episcopus fuerat, sed natus etiam post 37 duntaxat annos quàm S. Joannes epistolam illam (de quâ nunc agitur) ad Angelum ejusdem Ecclesiæ scripsisset; quod apparet ex annorum numero, quos ipse habuit cùm illas literas ad Victorem Episcop. Romanum scriberet, quibus & * septem sibi cognatorum mentionem facit qui Episcopi fuerant, cùm ipse esset Octavus.

† Ὅτι πρῶτον Τιμόθεον ἡ πάροῦσα συγγραφὴ φησιν Ἐφέσου ἐπισκοπῆσαι. & *Pojt.* Ὅτι ὁ ἀπόστολος Τιμόθεος ὑπὸ τοῦ μεγάλου Παύλου καὶ χειροτονεῖται τῶν Ἐφεσίων μητροπόλεως ἐπίσκοπος καὶ ἔνθρον ἵζεται. *Phot. Bibliot. Num.* 254.

|| *Polycrat. de Martyr. Timothei: inter Vitas Sanctorum, edit. Lovanii anno.* 1485.

* Ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος. *Polycrat. Epist. ad Victorem. apud Euseb. l.* 5. *Hist.* κεφ κε.

Ad Ignatii testimonium nunc venio: quem † Theodoretus & || Felix Episcopus Romanus, & * Joannes Chronographus Antiochenus à S. Petro Episcopum Antiochiæ, & Chrysostomus, (ejusdem Presbyter Ecclesiæ) † Apostolorum manibus consecratum fuisse scribit: sedebat autem Ignatius sine dubio Antiochiæ eo ipso tempore

† *Theodoret. in Dialogo* 1. *sive* Ἀτρέπτω. || *Felix* III. *in Epist. ad Zenonem. Imp. recitat in* V. *Synodo Constantinopol. Act.* 1. *(tomo* 2. *Concilior pag.* 220. *edit. Binii. anno.* 1606.

* *Johan. Malela Antiochenus, Chronic. lib.* 10. M. S. † Παρὰ τῶν ἁγίων ἐκείνων τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐνεχειρίσθη, καὶ αἱ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων χεῖρες τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἤψαντο κεφαλῆς. *Chrysost. in Ignatii. Encomio.*

cum

cum hoc Epistolium ad Ephesinæ Ecclesiæ Angelum conscribi juberetur.

In Patmo insula Apocalypsis Joanni facta est || sub finem principatûs Domitiani, ut Irenæus testatur; seu anno illius decimo quarto, ut * Eusebius & Hieronymus computant. Ab illo tempore ad decimum Trajani, duodecim tantùm numerantur anni; quo quidem tempore Ignatius in illo postremo itinere, quo Romam ad certum & gloriosum martyrium pergebat, Epistolam aliam ad hanc eandem Ephesiorum Ecclesiam scripsit. Quâ Onesimi tunc Episcopi eorum mentionem facit, ut ex † Eusebio apparet, qui ex eâ hoc retulit; & ex ipsâ Epistolâ quæ etiam nunc hodie extat.

|| Πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομιτιανοῦ ἀρχῆς. *Iren. Advers. Hæres. lib. 5. cap. 30.*

* *Euseb. Chr. Hier. Catal. scriptor Ecclesiast. in Johan.*

† *Euseb. l. 3. Hist.* κεφ, λε.

In hâc ad Ephesios Epistolâ Ignatius, ubi omnem || se quasi Ecclesiæ multitudinem in uno Onesimo recepisse dixerat, * Deoq; egerat gratias quòd talem eis Episcopum dedisset: post eos admonet, † ut in illius sententiâ alacriter convenirent, quod etiam dignum Presbyterorum cœtum libenter fecesse indicat, qui || *cum Episcopo suo ut cum citharâ chordæ, conjun-*

|| Τὴν πολυπλήθειαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ. *Ignat. Epist. ad Ephes.*

* Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ χαρισάμενος ὑμῖν τοιούτοις οὖσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον. *Ibid.*

† Ὅθεν ὑμῖν πρέπει συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ. *Ibid.* || Τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον πρεσβυτέριον, ἄξιον ὂν τοῦ Θεοῦ, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. *Ibid.*

ctus

tus esset: eosdemq; Epistolâ tandem extremâ *Episcopo suo & Presbyterio* * *obedire unanimi consensu* hortatur.

* Ὑπακούοντες τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ περιστερίῳ ἀνενδεσπάστῳ διανοίᾳ. *Id.*

Eodem quoq; itinere ad Smyrnensem Ecclesiam; De septem alteram quibus eæ literæ in Apocalypsi sunt inscriptæ, Epistolam Ignatius dedit: quâ Episcopo eorum & Presbyterio † salutem dicit: plebem hortatur simul ‖ *Episcopum suum sequi, ut Christus Patrem, & Presbyterium tanquam Apostolos*; additq; *licere nemini vel mysteria celebrare, vel aliquid omninò in Ecclesiâ, Episcopi injussu, facere.* Episcopum autem eorum tunc fuisse Polycarpum, cum S. Johannes ad Ecclesiæ Smyrnensis Angelum scriberet, quis nobis meliùs declarare poterit quam Irenæus? qui sanctos homines † Polycarpi in eâ sede successores non modò noverat; sed ‖ aderat etiam ipse, cùm Polycarpus narraret de suâ cum S. Joanne conjunctione, & de eis rebus quas acceperat ab illis hominibus qui Christum in carne viderant.

† Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον [ὑμῶν Πολύκαρπον] καὶ τὸ θεοπρεπὲς πρεσβυτέριον. *Id. in Epist. ad Smyr.*

‖ Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ περιστερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις. *Ibid.*

* Μηδεὶς χωρὶς ἐπισκόπου πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Οὐκ ἐξὸν ἐστὶ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, &c. *Ibid.*

† Οἱ μὲν οὖν διαδεξάμενοι τὸν τοῦ Πολυκάρπου θρόνον. *Iren. Adversus Hæres. lib. 3. cap. 3.* ‖ *Id. in Epist. ad Florinum, (apud Euseb. lib. 5. cap. 20.) & ad Victorem. (Ibid. cap. 25.)*

* Καὶ Πολύκαρπος οὐ μόνον ὑπὸ Ἀποστόλων

Polycarpus, * ait ille, *Non solùm ab Apostolis edoctus & conversatus cum mul-*

tis

*tis ex eis qui Dominum noſtrum viderant, ſed etiam ab Apoſtolis in Aſia * in eâ que eſt Smyrnis Eccleſiâ conſtitutus Epiſcopus; quem & nos vidimus in primâ noſtrâ ætate: multum enim Perſeveraverat, & valdè ſenex glorioſiſſimè & nobiliſſimè Martyrium faciens exivit de hâc vitâ.*

μαθηθλε, καὶ συναφραιὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ἀποστόλων κατασταθὶς εἰς τὸν τῶν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπον, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ, ἐπὶ πολὺ γὰρ παρέμεινε, καὶ πάνυ γεραιὸς ὢν, ἐνδοξότατα καὶ ἐπιφανέστατα μαρτύριον, ἐξελθὼν τοῦ βίου. *Iren. lib. 3. cap. 3. Vid. & Euſeb. lib. 3. Hiſt. cap. 23.*

Jam cùm Epiſcopus ille Smyrnæ ordinatus ſit ab Apoſtolis qui antè vitâ ceſſerant, quam S. Johannes (qui illis omnibus ſuperſtes vixit) Apocalypſin ſcriberet; quis alius Eccleſiæ Smyrnenſis Angelus quàm ipſe deſignari poterit? Quâ in Eccleſiâ Epiſcopi eum munus ad Martyrium ſuum ſuſtinuiſſe (quod LXXIV demùm poſt annos accidit) conſtare ſatis poterit hoc teſtimonio quod ei Smyrnenſes fratres, qui morienti aſtabant, tribuerint: † *Fuit*, inquiunt, *ille homo omnium his noſtris temporibus longe excellentiſſimus, Doctor Apoſtolicus & Prophetticus, & Eccleſiæ Catholicæ quæ Smyrnæ eſt Epiſcopus.* Adde teſtimonium quoq; Polycratis qui eodem tempore vixit, &in illius vicinitate: || *Smyrnæ,*

† ὅτι γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς, γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. *Smyrnen. Eccleſ. Epiſt. de Martyrio. Polycarpi. Euſeb. lib. 4. Hiſt. cap. 15.*

|| Πολύκαρπος, ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. *Polycr. Epiſt. ad Victor. apud Euſeb. lib. 5. Hiſt. cap. 24.*

in-

inquit, *& Episcopus & Martyr Polycarpus* fuit: Quæ ipsius sunt verba in Synodicâ illâ Epistolâ ad Victorem Episcopum Romanum, quam 27 anno post Martyrium Polycarpi scripsit, cùm ipse annum ætatis ageret quintum & sexagesimum.

Eodem ferme tempore, quo Polycrates has literas ad Victorem scripsit, Librum de Præscriptionibus adversus Hæreticos Tertullianus edidit, quo alicubi sic disputat: * *Sicut Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum ab Johanne conlocatum refert; sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit; perinde utiq; & cæteræ exhibent quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habent.* Atque ante eum Irenæus hæreticos premebat, † *Successionibus Episcoporum, quibus Apostolicam, quæ in unoquoq; loco est Ecclesiam tradiderunt. Omnes enim Hæretici,* inquit, || *Valde sunt posteriores quàm Episcopi quibus Apostoli tradiderunt Ecclesias. Et* * *Habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Fpiscopi in Ecclesiis & successores eorum usq; ad nos; qui nihil tale docuêrunt neq; cognoverunt quale ab his deliratur.*

* *Tert. de Præscr. c. 32. Vid. & Ejusd. l. 4. cont. Marcion. c. 5.*

† *Irn. advr. hær. l. 4. c. 63.*

|| *Id. l. 1. c. 20.*

* *Id. l. 3. c. 3.*

Ad

Ad hoc confirmandum adducit ille Episcoporum Romæ successionem, ab † Lino (cui S. Apostoli Episcopatum illum commiserant) & ab Anacleto (aliis Cleto) & à Clementè, (*qui & vidit ipsos Apostolos & contulit cum eis* usq; ad || Eleutherium; qui, cùm scriberet Irenæus, *Episcopatum illum duodecimo post Apostolos loco tenebat.* De quibus, & de continuatâ serie in reliquis sedibus ab Apostolorum tempore successionum, Hegesippus, qui Ecclesiasticam suam Historiam per id temporis emiserat, sic dicit: * *Aniceto successit Soter Soteri Eleutherius: Jam in unaquâq; successione & in unaquâq; urbe, res sic se habent, sicut Lex & Prophetæ & Dominus noster docent.*

† Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες ὁ μακάριοι Ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν, (τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται.) διαδέχεται δ' αὐτὸν Ἀνέγκλητος μετὰ τόπῳ τοῦτον δὲ τρίτῳ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους Ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς. Id. ibid.

|| Νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων κατέχει κλῆρον Ἐλεύθερος. Ibid. * Παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. Ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει ὡς ὁ νόμος κηρύττειν καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος. *Hegesip. apud Euseb. lib. 4. Hist.* κεφ. κβ.

Cùm idem † *Eleutherius* (referente Bedâ) *Vir sanctus Pontificatui Romanæ Ecclesiæ præesset, misit ad eum Lucius Britannorum Rex Epistolam, obsecrans ut per ejus mandatum Christianus efficeretur: Et mox effectum piæ postulationis consecutus est, susceptamq; fidem Britanni usq; in tempora Diocletiani Principis inviolatam integramq; quietâ pace servabant.*

† *Bed. Hist. Eccles. Angl. l. 1. c. 4.*

bant. Neq; sævissimà tamen sub illo Principe Persecutione, fides & Disciplina Ecclesiarum Britannicarum ita prorsus erant afflictæ; quin decem post annos (ante Concilium autem Nicenum undecim) tres nostri Episcopi adessent & subscriberent Concilio Arelatensi ‖ Eborius Eboraci, Restitutus Londini, & Adelphius Colcestriæ sive, ut illic scribitur, Coloniæ Londinensium. Quorum origo prima successionis, supra Eleutherium, & ab ipso S. Petro est repetenda, siquidem verum sit, quod ille, * *Ecclesias hic constituerit, & Episcopos, Presbyteros Diaconosq; ordinaverit*; ut Simeon Metaphrastes refert ex quodam † Eusebii libro, qui ad manus nostras non pervenit.

‖ *Tom. 1. Concilior. Galliæ, à Sirmondo edit. p. 9.*

* Ἐπιμείνας τε ἐν Βρετανίᾳ ἡμέρας τινὰς, καὶ πολλοὺς τῷ λόγῳ φωτίσας τῆς χάριτος, ἐκκλησίας τε συστησάμενος, ἐπισκόπους τε καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους χειροτονήσας, δωδεκάτῳ ἔτει τοῦ Καίσαρος Νέρων νος αὖθις εἰς Ῥώμην παραγίνεται. *Metaphrast. Commentar. de Petro & Paulo; ad diem 29. Junii.* † Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου δώδεκα μὲν ἔτη διατρίψαι Πέτρον λέγει ἐν τῇ ἀνατολῇ, εἴκοσι δὲ καὶ τρία πεποιηκέναι εἰς τε Ῥώμην καὶ τὴν Βρετανίαν καὶ τὰς περὶ τὴν δύσιν πόλεις. *Ibid.*

Ut autem ad septem Ecclesiarum Angelos revertar; ex eis quæ supra sunt dicta, septem singulares Episcopos, qui illis Ecclesiis constantèr præsidebant, eo nomine designari liquet. Neq; aliud quid esse poterant, si omnes essent de eadem notâ, talesq; qualis erat Polycarpus Ecclesiæ Smyrnensis

nenſis tunc Angelus, qui procul omni dubio erat talis; ſi qua fides eis, qui illum viderint & cum eo conjunctè vixerint, ſit tribuenda.

Atq; ut eum Smyrnæ ab ipſo S. Johanne collocatum diſertè affirmat Tertullianus quo ſuprà ‖ loco; ſic ille alibi, ab ordine Epiſcoporum qui ſuccedebant, non obſcure indicat cæteros exeodem numero ad eandem originem referri deberi: * *Habemus*, inquit, *& Johannis alumnas Eccleſias. Nam & ſi Apocalypſin ejus Marcion reſpuit; ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus, in Johannem ſtabit autorem. Sic & cæterarum generoſitas recognoſcitur.*

‖ *Tertul. Præſcript. cap.* 32. *Similiter & Hieronymus in Catal. ſcript. Eccleſiaſt. cap.* 17. *in Polycarpo; & Nicephorus, lib.* 3. *Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 2.

* *Tertul. adv. Marcion. l.* 4. *c.* 5.

Neq; aliud omninò voluit antiquus ille de Timothei Martyrio ſcriptor (cujus Photius meminit) per illos Epiſcopos, quorum auxilium S. Joannem reverſum Patmo adjunxiſſe ſibi dicit in Epheſiorum Metropoleos gubernatione. Nam † *ſententiâ*, inquit, *Nervæ revocatus ab exilio, ſeſe ad Metropolin Epheſiorum contulit; & ſeptem Epiſcoporum præſentia adjutus, Metropoleos Epheſiorum gubernationem*

† Ψηφίσματι Νέρβα τὸν ὑπερορίας ἀπαλλαγέντα, τῇ Ἐφεσίων ὑπέστη μητροπόλει, καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, ἑπτὰ συμπαρόντων ἐπισκόπων, τὴν Ἐφεσίων ἀντιλαμβάνεται μητροπόλεως. καὶ διέπει τὴν ἐυσεβείας κηρύσσων λόγον ἄχρι τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ. *Phot. Bibliothec. num.* 254.

ſuſ-

suscepit, & prædicando verbum pietatis ad principatum Trajani permansit.

Jam eum apud Ephesios cæterosq; in Asiâ fratres usq; ad Trajani tempora commoratum esse, & Evangelium tunc edidisse, testatum satis est || ab Irenæo. Reversum autem ab insulâ, post mortem Domitiani Ecclesiarum Asiaticarum gubernationi eum intendisse autores etiam sunt * Eusebius & † Hieronymus; atq; hic addit || coactum eum fuisse ab omnibus penè tunc Asiæ Episcopis ut Evangelium scriberet.

|| *Iren. adver. Hæres. lib. 2. cap. 39. Item. lib. 3. cap. 1. & 3.*

* *Euseb. lib. 3. Hist. cap. 23.*

† *Hieron. in Catal. script. Ecclesiast. cap. 9.*

|| *Id. ibid. & Præfat. in Evangel. Matthæi.*

Et eundem quoq; exilio liberatum Episcopos multis in locis ordinâsse testis est Clemens Alexandrînus, qui sæculo sequente vixit; idq; pro certo affirmat ut ab eis acceptum qui ante cesserant, neq; à tempore quo res ipsa acta est abesse longè poterant: **Cùm S. Joannes* (Clementem audis) *Tyranno Domitiano jam mortuo ab insulâ venisset Ephesum, quorundam rogatu ad vicinas regiones commeabat, Episcoposq; alibi constituit, alibi Ecclesias totas fundavit.*

* Ἐπειδὴ τῷ τυράννῳ τελευτήσαντος ἦκεν ἐκ τῆς Πάτμου εἰς Ἔφεσον, ἀπιὼν παρεκάλει μου καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα ἔθνη, ὅτε μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅτε δὲ ὅλας ἐκκλησίας ἁρμόσων. *Clem. Alexandrin. in lib. de divite salvando. (qui falso Origenis nomine habetur editus, ad calcem tomi 3. Commentariorum Michaelis Ghisterii.)* Euseb. Hist. lib. 3. cap. 23.

In

In his vicinis Ecclesiis Hierapolis erat; quæ Papiam habebat † Episcopum. Hunc || S. *Joannis auditorem & Polycarpi fuisse contubernalem*, testatur discipulus ejus * Irenæus; seque cum † discipulis Apostolorum & Christi quoque sermones communicâsse declarat ipse in Proëmio quinque librorum, quibus titulum fecit, De Sermonibus Christi Declamatio. || *Si qui fortè*, inquit, *Presbyterorum, qui Apostolis fuerant comites, venisset; ab eis quærebam diligenter, quid Apostoli dixerint; quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, aut Thomas, aut Jacobus, aut Joannes, aut Matthæus, aut quis alius è Discipulis Domini locutus fuerit; quæque Aristion & Joannes Presbyter Discipuli Domini nostri tradiderint.* * Quorum postremos duos nominatim sæpiùs in operis progressu citat; resque ipsas, quas ex eis audiverat, describit passim.

† *Euseb. lib. 3. hist. κεφ. λε. Hieron. Catal. script. Ecclesiast. cap 18. & Chronic. ad ann. Trajani 2.*

|| Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνήρ. *Iren. advers. hæres. lib. 5. cap. 33.*

* *Irenæus, vir Apostolicorum temporum & Papiæ auditoris, Evangelistæ Johannis discipulus, Episcopus Ecclesiæ Lugdunensis. Hieronym. epist. 29. ad Theodoram.*

† *Hi sunt Presbyteri Apostolorum discipuli, quorum Irenæus, lib. 5. c. 36. meminit.*

|| Εἰ δὲ που καὶ τὶς τῶν πρεσβυτέρων παρεκολουθηκὼς τοῖς Ἀποστόλοις ἔλθοι, τοὺς τῶν Ἀποστόλων ἀνέκρινον λέγους· (*ita enim ex Græcis MSS. & vetere Rufini versione locus est restituendus.*) τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ τί Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος, ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος. ἢ τίς ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ἅτε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ, λέγουσιν. *Papias, in Proœmio* Λογίων Κυριακῶν ἐξηγήσεως, *apud Euseb. lib. 3. hist. κεφ. λθ.* * Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτὸν φησὶ γενέσθαι. ὀνομαστὶ γοῦν πολλάκις αὐτῶν μνημονεύσας, ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τίθησιν αὐτῶν παραδόσεις. *Euseb. ibid.*

UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

De Metrop. Orig.

Atque in hunc modum Epiſcoporum originem ab Apoſtolicis temporibus deduximus: ſimul ſeptem Eccleſiarum Angelos non alios fuiſſe, quam quos ſeculo ſuccedente Patres Epiſcopos nominabant, declaravimus. Nunc ſequitur ut quæramus, cur hæ Eccleſiæ ſeptenario numero definiantur initio ſtatim Apocalypſeos. † *Joannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſiâ: Gratia vobis & Pax:* Quo loco cùm S. Joannes tàm, ut ita dicam, indefinitè illis ſcripſerit, & ſine appellatione particulari; conſentaneum profectò eſt exiſtimare, illàs aliquo eminentiæ gradu ſuperiores fuiſſe quàm cæteras Eccleſias Aſiaticas; immo cæteras quodammodò ſub ſe continuiſſe.

† *Apocal.* 1. 4.

Nam ſi Aſia hîc reſtrictiſſimè capiatur, pro Lydianâ illâ, ſive (ut || Conſtitutiones Imper. loquuntur) Proconſulari Aſiâ; non eſt credibile, poſt tàm longam operam ab Apoſtolis & ab eorum Diſcipulis navatam, non plures quam ſeptem Eccleſias in eâ inveniri potuiſſe: Præſertim cùm S. Paulus, ille * *ſapiens Architectus*, profiteatur, † *Oſtium illic apertum fuiſſe ſibi magnum & evidens*; & S. Lucas

|| *Cod. Theod. lib. 16. tit. 1. de fide Cathol. leg. 3.*

* 1 *Cor.* 3. 10.

† 1 *Cor.* 16. 8, 9.

cas porrò testetur, || *Omnes qui habitabant in Asiâ audiisse verbum Domini, Judæos & Gentiles: Ita fortiter crescebat verbum Dei & confirmabatur.* Quæ divini auxilii & numinis tàm manifesta præsentia in illo opere, sic Apostolum moverit, ut ille * *per triennium in his regionibus moraretur, nocte & die non cessans cum lachrymis monere unumquemque.*

Et speciatim; inter Epistolas Ignatii (post duodecim tantùm annos, ut demonstratum est, scriptas, quàm de septem his Ecclesiis in Apocalypsi fit mentio) una inscribitur Ecclesiæ Trallensi (Trallem autem in urbibus Lydianæ † Stephanus, & Asiæ Proconsularis || Capitolinus recenset:) quâ Polybii meminit eorum Episcopi (seu * Rectoris, ut Eusebius eum vocat) quem illi Smyrnam ad ipsum visendum miserant; simul admonitiones solennes admiscens. † Subditi estote Episcopo, ut Domino; & || Presbyterio, ut Apostolis Jesu Christi spei nostræ. * Qui facit aliquid sine Episcopo & Presbyteris & Diaconis, sciens scelere contaminatur. † Valete in Jesu Christo, subjecti Episcopo nec non Presbyteris.

|| *Act.* 19. 10, 20.

* *Act.* 20. 18, 31.

† Τράλλις, πόλις Λυδίας πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ. *Stephan. de Urbib.*

|| *Jul. Capitolin. in Antonio Pio.*

* Ἄρχοντα. *Euseb. lib.* 3. *hist.* κεφ. λε.

† Τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ. *Ignat. epist. ad Trallian.*

|| Ὑποτάσσεσθε καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς Ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. *Ibid.*

* Ὁ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων τι πράσσων, ὁ τοιοῦτος μεμίανται τῇ συνειδήσει. *Ibid.*

† Ἔρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ, ὁμοίως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις. &c. *Ibid.*

Præfectos Romanos || Laodiceæ, Sardibus, Smyrnæ, Epheſi & * Pergami judicia exercuiſſe, quò urbes cæteræ & oppida vicina ad lites ſuas perſequendas convenirent; ex Plinio obſervari poterit. Apud † Ptolemæum ſimilitèr Thyatira Metropolis expreſsè nominatur; ut Philadelphia quoque in græcis || Actis Concilii Conſtantinop. ſub Mennâ. Quod videtur ſanè argumento, ſeptem Urbes, in quibus eſſent hæ ſeptem Eccleſiæ, fuiſſe omnes Metropoliticas; adeoque ad reliquas urbes Aſiaticas atque oppida, perinde ac matrem ad filias, ſub ipsâ adoleſcentes ſe habuiſſe.

|| *Plin. lib. 5. hiſt. natur. cap. 29.*

* *Id. ibid. c. 30.*

† *Ptolem. Geograph. lib. 5. cap. 2.*

|| *Concil. Conſtantinop. ſub Mennâ, Act. 5.*

Lydianam Aſiam à Cariâ diſterminat Mæander; in cujus ripis ſedebant & Trallis & Magneſia; quæ in * civili Notitiâ Imperii ſub Aſia Proconſulis curâ peculiari, & in † Commentariis Eccleſiaſticis ſub Epheſini Metropolitæ gubernatione collocantur. An verò talis Ignatii diebus eſſet ſubordinatio (cujus Epiſtolæ ad has tres Eccleſias extant) || Damaſque tunc Epiſcopus Magneſiæ, & Polybius Trallenſis, eo tempore Oneſimo Epheſino Epiſcopo ſubjecti

* *Hieroclis Notit. Orientalis Imperii; in Append. Geograph. ſacr. Caroli à S. Paulo, edit. Pariſ. ann. 1641. pag. 27.*

† *Ordo Metropolitan. ib. pag. 11. & in tomo 1. Juris Græco-Romani, à Io. Leunclavio edit. pag. 90.*

|| *Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 22.*

ſubjecti eſſent, dubitari jure poterat: niſi idem Ignatius unam ex Epiſtolis ſuis inſcripſiſſet Eccleſiæ quæ * Regiunculæ Urbis Romæ præſidebat; atque in eâdem alicubi Epiſtolâ titulum Epiſcopi Syriæ ſibi attribueret. Quo facto, ut innuit ſe fuiſſe non ſolùm Antiochiæ Epiſcopum, ſed reliquæ etiam Syriæ, quæ illi Metropoli ſubjecta erat: ità non obſcurè indicat Epiſcopum Romanum præfuiſſe illis Eccleſiis, quæ erant in † Urbicariâ Regione, ut conſtitutiones Imperiales, ſive in || Romanâ Provincia, ut eam Acta Concilii primi Arelatenſis nuncupant.

* Ἡτις προκάθηται τοπου χωρίου Ρωμαίων. *Ignat. Epiſt. ad Roman.*

† *Ex Urbicariâ Regione. Cod. Theod. lib. 11. tit. 2. lg. 3.*

|| *Ex Provinciâ Romanâ, civitate Portuen. &c. In nominibus quæ Concilio Arelatenſi I. præfixa leguntur.*

Quænam illa Regio ſit Urbicaria, exquirere nunc non vacat; an Tuſcia ſolùm, in quâ ipſa Roma ſita erat (quæ Ignatii tempore una erat regio, poſt in Tuſciam Suburbicariam & Annonariam diviſa) an territorium illud, quo Præfectus Urbis ſuum forum agebat (quod centeſimo ab urbe lapide definitum eſt) an unà cum ea ceteræ illæ quoque Provinciæ quæ ad Vicarii Urbis autoritatem pertinebant; an ille denique tra-

ctus, quo Sexageſimo nono illi Epiſcopatus continerentur, qui Epiſcopo Rom. * immediatè erant ſubditi, & ad ejus Synodos frequentèr convocati, quorum nomina in illius Eccleſiæ monumentis reperiuntur. Cujus antiquitas recenſionis, ut à Romanâ Synodo Epiſcoporum ſeptuaginta ſub Gelaſio, aliquam videtur habere autoritatem; ita diſtinctionis Epiſcoporum qui ſub urbe erant ab illis qui Italici ſunt nuncupati longè antiquius eſt teſtimonium ex Edicto Aureliani Imperatoris, qui in controverſiâ, quæ fuit inter Paulum Samoſatenum & Domnum, de domo quæ ad Eccleſiam Antiochenam ſpectabat, eam illis tradi jubet † quibus Italiæ atque Urbis Romanæ Epiſcopi adjudicarent. Quæ quidem diſtinctio tàm in || Concilii Arelatenſis, ſupradicti Actis, quàm in Epiſtolis * Synodi Sardicenſis & † Athanaſii quoque obſervari poterit: Cùm in eis Italiæ nomen reſtrictiore ſenſu pertineat ad

* *Inſuper præter ſeptem collaterales Epiſcopos erant alii Epiſcopi, qui dicuntur ſuffraganei Romani Pontificis, nulli alii Primati vel Archiepiſcopo ſubjecti; qui frequenter ad Synodos vocarentur.* MS. *Vaticun. apud Baron. ann.* 1057. §. 23.

† Οἱς ἂν οἱ Ῥώμης ἐπίσκοποι δόγματα συνέλλεγοντες ἀνέπεμψαν: *Inquit Nicephorus Calliſt. lib.* 6. *hiſt. cap.* 29. *at Euſtebius, lib.* 7. *cap.* λ. *plenius.* Οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τὰ δόγματα συνέλλεγον. || *Ex provinciâ Italiæ, civitate Mediolanen. &c. Ex provinciâ Romanâ civitate Portuen. ut ſupra.* * Ἡ ἁγία σύνοδος συνηγμένη κατὰ Ῥώμην καὶ Ἰταλίας. *Synod. Sardic. epiſt. ad Alexandrin. in* 2. *Athanaſii Apologiâ (tomo* 1. *Oper. edit. Commelin. pag.* 588.) † Ἀπὸ τῆς μεγάλης Ῥώμης καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης. *Athanaſ. epiſt. ad ſolitar. vit. agentes, (ibid. pag.* 640.)

ſeptem

ſeptem provincias, quæ civili juriſdictioni Italiæ Vicarii, & Eccleſiaſticæ Epiſcopi Mediolanenſis erant ſubditæ.

Atque illud inprimis obſervatu dignum, quòd magni illius Concilii Niceni Patres, cùm poſt non Epiſcopi Romæ & Antiochiæ ſolùm, || ſed etiam cæterarum Eccleſiarum Metropolitanis hanc primatûs dignitatem aſſererent, hoc ei Canoni Proœmium affixerint, Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. Quod nobis aperit mentem illius querimoniæ, quam ante ſeptuaginta annos cum Novatiano Cyprianus habuerat de confuſione illâ, quam ſchiſmate ſuo in Eccleſias Dei intulit; quòd * *Cùm jam pridem per omnes provincias & per urbes ſingulas ordinati ſint Epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſurâ probati, in perſecutione proſcripti; ille ſuper eos creare alios Pſeudo-epiſcopos auderet.* Epiſcopos nempe ſubordinatos in ſingulis urbibus, & in Provinciis ſingulis Metropolitanos.

|| Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν τῇ ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι τῆς ἐκκλησίας. καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος τὴν τοιοῦτον ἡ μεγάλη συνοδὸς ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. *Concil. Nicæn. 1 Can. 6.*

* *Cyprian. Epiſt. 55. Edit. Oxon.*

In Africâ eodem tempore, tametſi civiles Provinciæ plures eſſent, tamen una erat ſolummodò Eccleſiaſtica: cujus † Cyprianus ipſe Archiepiſcopus

† Τοῦ Κυπριανοῦ τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρῶν χώρας. *Concil. Conſtantinopol. in Trullo, can. 2.*

pus erat, ut eum Synodi Trullanæ Patres appellant. *Placuit*, ait ille in quadam Epistolâ || *Universis Episcopis, vel in nostrâ Provinciâ, vel trans mare constitutis:* quòd omnes scilicet Ecclesiæ in Africâ cismarinæ ad unam Provinciam pertinerent. * *Quoniam*, inquit alibi, *latiùs fusa est nostra Provincia; habet etiam Numidiam & Mauritanias duas sibi cohærentes.* Unde magnum illud Concilium ab eo convocatum, ad quæstionem illam de baptizandis eis qui ab hæreticis baptizati erant dijudicandum, † *ex Provinciâ Africâ, Numidiâ & Mauritaniâ* convenisse dicitur. Quanquam enim in civili gubernatione Africa Proconsularis (in quâ Carthago erat) Numidia & duæ Mauritaniæ (Sitifensis & Cæsareensis) tres distinctæ Provinciæ haberentur: in Ecclesiasticâ tamen administratione omnes in unam provinciam conjunctæ erant, & sub Carthaginis primariæ sedis Metropoliticâ jurisdictione dispositæ.

|| *Cyprian. Epist. 43. Edit. Oxon.*

* *Cypr. Epist. 48. Edit. Oxon.*

† *Concil. Cypr.*

Sexaginta ferme annis ante Concilium hoc Africanum, aliæ quoque Synodi Provinciales à diversarum nationum Metropolitanis congregatæ erant,

rant, ad controversiam Paschalem constituendam, tunc magno ardore agitatam, atque inter cæteras illa in vicinâ nobis regione ex || *Paroeciis* (sic enim antiquo more fines illi appellabantur quos nunc Diœceses nominamus) *quas procurabat Irenæus*; quo ipse tempore liberam illam Epistolam ad Victorem Episcopum Romanum scripsit, * *nomine fratrum quibus præsidebat.* Tunc autem (& ante) † Metropoles illius regionis maximè illustres, adeoque in eis || Ecclesiæ nobilissimæ, Lugdunum & Vienna erant; quarum in unâ Irenæus non minùs celebratus erat præsul, quàm post in Africâ Cyprianus.

Dionysius ille laudatus Corinthi Episcopus, tempore ante illos fuit; qui inter alias Epistolas plures unam ad Ecclesiam * Gortynæ & ad cæteras Ecclesias Cretenses scripserit; quâ Philippum Episcopum eorum salutat. Unde apparet tàm illo tempore, quàm succedente, Gortynam Metropolin, & Episcopum ejus totius insulæ fuisse Metropolitanum. Quod quidem in cæteros ibi Episcopos potestatis genus ab ipsis Titi temporibus derivat Eusebius (Ecclesiæ qui nunc

|| Τῶν κατὰ Γαλλίαν παροικιῶν ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει. Euseb. hist. lib. 5 κεφ. κγ.

* Ἐκ προσώπου ὧν ἡγεῖτο κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν. Ibid. κεφ. κϛ.

† Ἧς μητροπόλεις ἐπίσημοι καὶ παρὰ τὰς ἄλλας τῶν αὐτόθι διαφέρουσαι, βεβόηνται Λούγδουνος καὶ Βίεννα. Ibid. κεφ. α.

|| Αἱ τῇδε διαφανέσταται ἐκκλησίαι. I. ibid.

* Τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ παροικούσῃ Γόρτυναν, ἅμα τοῦ λοιπαῖς κατὰ Κρήτην παροικίαις ἐπιστείλας, Φίλιππον ἐπίσκοπον αὐτῶν ἀποδέχεται. Ia. lib. 4. κεφ. κγ.

nunc extant historicorum antiquissimus) Titum igitur, ex historiis quæ ante ipsum erant, dicit † *Episcopatum Ecclesiarum Cretensium obtinuisse.* Cujus in sententiâ posteriores Græci plenissimè concurrunt, ut apparet tum subscriptione Epistolæ Paulinæ ad || Titum annexâ, *ordinatum* (ut ibi dicunt) *primum Episcopum Ecclesiæ Cretensium*; tum argumento, è Theodoreto, eidem Epistolæ per eos præfixo, quod in eundem ferè modum affirmat eum * *magnæ illius regionis Episcopum à Paulo fuisse ordinatum, & ab eodem ad Episcopos sub se ordinandos facultatem habuisse:* quod è Pauli verbis ad ipsum colligunt. † *Hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* Unde hanc nobis doctrinam in genere Calvinus proponit. || *Ex hoc loco,* inquit, *discimus non eam fuisse tunc æqualitatem inter Ecclesiæ ministros, quin unus aliquis autoritate & consilio præesset.* Et S. Chrysostomus de Tito speciatim. * Nisi enim probatus esset, inquit, non universam insulam Apostolus illius curæ mandasset; non eum jussis-

† Τιμόθεος μὲν ἐπὶ Ἐφέσου παροικίας ἱεραρχεῖται πεφρόντιστο τοίνυν ὅλης τῆς Κρήτης ἐκκλησιῶν. *Hist. lib. 3. cap. 4.*

|| Πρὸς Τίτον τὸν Κρήτης ἐκκλησίας πρῶτον ὅλης τοποτηρητὴν χειροτονηθέντα.

* Ἐπίσκοπος τῆς Κρήτης, μικρᾶς οὔσης, κεχειροτόνητο ὑπὸ τοῦ Παύλου. ἐπιστρατηγὸν δὲ τὸν ὑφ' αὑτὸν ἅπασι κρατεῖν χειροτονῆσαι. *Theodoret. argument. epist. ad Tit. in Oecumenio.*

† *Tit.* 1. 5.

|| *Calvin. in Tit.* 1. 5.

* Εἰ μὴ γὰρ ἐδόκιμος, οὐκ ἂν αὐτῷ τοσαύτην ἐπέτρεψεν, οὐκ ἂν τὰ

set

ſet corrigere quæ deerant ; non tot Epiſcoporum cenſuram ei commiſſet, niſi homini valdè confideret. Et de eodem Juellus, *Cùm in plures*, inquit, *Epiſcopos illi imperium eſſet, quidni Archiepiſcopum eum vocare liceat ?*

ἐλλειφθέντα ἀναπληρῶσαι προσέταξεν (Ἵνα γὰρ, φησὶ τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ) οὐκ ἂν τοσούτων ἐπισκόπων κρίσιν ἐπέτρεψεν, εἰ μὴ σφόδρα ἐθάρρει τῷ ἀνδρί. Chryſ. in Tit. 1. hom. 1.

Quod adeò mirum videri nobis non debet, cùm videamus alterius inſulæ Epiſcopos non dubitâſſe, liberè in ipsâ facie totius Concilii generalis Epheſini, Metropolitani ſui ordinationem ab Apoſtolicis temporibus deducere. Cùm enim Patriarcha Antiochenus in Ordinatione Metropolitæ Cypriorum jus quoddam ſibi arrogaſſet, Epiſcopi illius inſulæ ſic contrâ arguunt : † *A ſanctis Apoſtolis nunquam poſſunt oſtendere, quòd adfuerit Antiochenus & ordinaverit, vel communicaverit unquam inſulæ Ordinationis gratiam, neque alius quiſquam* ; & rurſum || *Superiores Epiſcopi Conſtantiæ* (Metropoleos Cypri) Troilus, Sabinus, Epiphanius, *& qui ante illos ſanctiſſimi Epiſcopi, & qui à ſanctis Apoſtolis erant omnes Orthodoxi, ab his qui in Cypro, conſtituti ſunt.* Ideoque Poſtulant, ut * *Sicut initio à temporibus Apoſtolorum & conſtitutionibus & canonibus ſanctiſſimæ & magnæ*

† Concil. Eph. Act. 7.

|| Ibid.

* Ibid.

magnæ Synodi Nicenæ, illæsa & superior insediis & potentiâ permansit sua Cypriorum Synodus; sic & imposterum nè de sui antiqui juris possessione deturbarentur. Quamobrem, rejectâ Episcopi Antiocheni pititione, ut † re *novâ adversus Ecclesiæ leges, & canones S. Patrum tentatâ invehi*, Concilium non modò statuerit, ut ‖ *Ecclesiarum Cypri Præsulibus sua jura secundum S. Patrum Canones & antiquam consuetudinem integra & inviolata constarent:* sed etiam de * cæteris omnibus dicœcesibus & Provinciis in universum, *nè quis in alienam provinciam Episcopus se intruderet, quæ non ante & ab initio sub ipsum aut sub prædecessores suos fuisset subjecta.*

† Προσῆγυε παρὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς θεσμοὺς καὶ τοὺς πατέρας τῆς ἁγίας πατέρων καινοτομεῖν. Ἐπιφ.

‖ Ἔξεστι τὸ ἀπεμπρέπειον καὶ ἀξίωμα τοῖς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τῆς καὶ τῷ Κύπρου πρωτεύουσι, καὶ τοὺς κανόνας τῆς ἐσωθεν πατέρων καὶ τῶν ἀρχαίων συνθεσιν. Ibid.

* Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὅτι τῆς ἀλλαν διοικησιων καὶ τῆς ἁπανταχοῦ ἐπαρχιῶν παρεκτυλαχθῆσθαι ὥστε μηδένα τῆς διοικήσεως ὑποκύπτειν ἐπαρχίαν ἑτέραν, ὡς ἔσται ἀναθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἦγεν τῆς πρὸ αὐτῶν χειρὸς, κρατεῖν μᾶλλον. & paulo post. Ἐδόξε τοίνυν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καθαρὰ καὶ ἀδιάστα τὰ αὐτῇ ὁρισθέντα δίκαια αὐτῇ ἐξ ἀρχῆς ἀναθεν, καὶ τὰ πάλαι κρατήσαντα ὑπὸ. Ibid.

Cujus quidem Episcoporum plurium ad superiorem unum subordinationis origo, ab Apostolico jure si non posset repeti; tamen eam Beza arcessit † ab eodem naturæ suasu & ab

† *Neq; verò magis existimandum est, hunc externum ordinem fuisse initio humani generis. Pagi enim ex familiis, & ex pagis urbes, & ex urbibus civitates ipsæ, suadente naturâ, & necessitate flagitante, sensim coierunt; aliis aliorum exemplum sequutis.* Bez. de diverſ. gradib. miniſtr. contr. Sarav. cap. 24. § 4.

eadem

eadem neceſſitatis flagitatione; quâ ſenſim homines primò in ſocietates & politias coierint. Et Bucerus eam fatetur || *legi Chriſti conſenſiſſe*, factamque eſſe *ex jure corporis Chriſti*, & omnes eam ad exemplar Moſi à Deo datum, fuiſſe inſtitutam agnoſcunt. Poſtquam enim tres Levitarum familias ad miniſterium ſibi ſeparâſſet Deus, & rectorem ſingulis (ut ante poſui) attribuiſſet: ſimul unum omnibus præfecit, non pontificem maximum Aaronem, ſed Eleazarem illius filium, * *Princeps autem Levitarum Principum Eleazar filius Aaron Sacerdotis erit, ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarii.*

|| *Atq; hoc conſentiebat legi Chriſti, fiebatq; ex jure corporis Chriſti, M. Bucer. de vi & uſu S. Miniſterii. (inter ſcripta ejus Anglicana, pa. 565.)*

* *Num.* 3. 32.

Cujus ob cauſam procurationis, cum ſeptuaginta Interpretes (ſatis ad Oraculorum divinorum mentem) † Epiſcopi nomen dederant Eleazari: & ille à S. Spiritu || נשיא נשיאי הלוי ὁ ἄρχων ὅτι τῶν ἀρχόντων τῶν Λευίτων, Princeps Principum Levi ſit appellatus; quicunque certè rem ſine præoccupatione conſideraverit, ei Archiepiſcopi nomen dare, ut arbitror, magnoperè non repugnabit. Diſcet ſaltem de primis illis Eccleſiæ Chriſtianæ Epiſcopis ſentire reverentèr, (qui non Archie-

† Ἐπίσκοποι Ἐλεαζαρ. LXX. *Num.* 4. 16.

|| *Num.* 3. 32.

Archiepiscopali tantùm Imperio, sed Patriarchali quoque se tàm libentèr submiserint) quod & Calvinus se fecisse profitetur: * *Reperiemus*, inquit, *veteres Episcopos non aliam regendæ Ecclesiæ formam voluisse fingere ab eâ, quam Deus verbo suo præscripsit.*

* *Calvin. Instit. l. 4. c. 4. p. 4.*

DE

DE

ASIA

Lydianâ ſive Proconſulari,

Et de ſeptem in eâ

Eccleſiis Metropoliticis,

Diſquiſitio

Geographica & Hiſtorica.

UT Aſia minor (nunc Natoliâ, ſeu Anatolia dicta) pars majoris erat, & Aſia propriè ſic dicta pars illius minoris; ſic Lydiana, ſive Proconſularis Aſia pars erat Aſiæ propriè ſic dictæ. Ut autem res pleniùs intelligatur, in memoriam revocandum eſt, quòd Romani, cùm poſſeſſionem caperent earum Regionum quæ priùs ad Pergamenos Reges pertinebant, eas in Provinciæ formam redegerint; quam Magnæ Continentis nomine vocabant * Aſiam.

* Ῥωμαῖοι ἐπαρχίαν ἀπέφηναν τὴν χώραν, Ἀσίαν προσαγορεύσαντες ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ.

Strabo, Geograph. lib. 13. *p.*634. *(Edit. Græco-latin. ann.* 1620.)

Hæc

† *Namque, ut opinor, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysiâ, Cariâ, Lydiâ Cicer. orat. pro L. Flacco.*

Hæc † distinguitur à Cicerone in regiones quatuor: Phrygiam, Mysiam, Cariam, Lydiam, quanquam majoris Phrygiæ pars Meridionalis illius tempore Provinciæ Ciliciæ accenseretur; illa nempe quæ post Phrygia Pacatiana, ut pars septentrionalis Phrygia Salutaris dicta est.

Interior Mysia ad Aquilonem Olympo monte claudebatur, unde ea || Mysiæ Olympenæ nomen accepit; quæ Rhyndaco flumine separabatur ab illâ Provinciâ, quæ in divisione Imperii per Constantinum M. factâ * Hellespontus Consularis est nuncupata.

|| *Herodot. lib. 7. § 74. Strab. lib. 12. pag. 571, 574, 576.*

* *C. l. 1. de offic. com. sacr. patrim. cum Notitiâ utriusq; Imperii; & Græcâ alterâ Orientalis Imperii, in Appendice Geographiæ sacræ Caroli à Sancto Paulo, edit. Paris. ann. 1641. pag. 27.*

Hujus Hellespontiaci pars Borealior, Epictetus dicta, Phrygia minor, seu Hellespontiaca nominata est, ut † Strabo docet: Australior Troas appellata, à || Galeno Mysia vocatur Hellespontiaca. Quanquam Troadi minoris Phrygiæ, ut alteri Mysiæ minoris nomen * Ptolemæus attribuat. Adeò difficile est Phrygum & Mysorum fines disterminare: ut à † Strabone hic observatum est.

† *Strab. lib. 2. pag. 129. & lib. 12. pag. 563, 571.*

|| *Galen. de sanitat. tuend. lib. 5.*

* *Ptolem. Geograph. lib. 5. cap. 2.*

† *Strab. lib. 12. pag. 571, 572.*

Caria

Caria Mæandri flexuoſi amnis recurſibus, poſtquam Lycum in ſe receperit, uſque Myrtoum pelagus, à Lydiâ interſtinguitur. Quanquam enim Ptolemæus omne illud, quod inter hunc & Cayſtrum fluvium interjacet, Lydiæ demat & addat Cariæ: tamen || Strabo Mæandrum harum Provinciarum limitem ſtatuit; & tàm à Scylace Caryandenſi in Periplo, quàm à * Plinio, & † à Maximo Tyrio, Mæander in fluviis Lydiæ expreſsè annumeratur.

|| Διορίζει τὴν Καρίαν καὶ τὴν Λυδίαν, κατὰ τὸ Μαίανδρον καλούμενον πεδίον, σκολιὸς ὢν εἰς ὑπερβολὴν (ὥς τε ἐξ ἐκείνου τὰς σκολιότητας ἁπάσας μαιάνδρους καλεῖσθαι) τελευτῶν δὲ κατὰ Καρίαν, αὐτὴν διαιρεῖ [καὶ] τὴν ὑπὸ τῶν Ἰώνων νῦν κατεχομένην. *Strab. lib.* 12. *pag.* 577. * *Lydia perfuſa flexuoſi amnis Mæandri recurſibus, ſuper Ioniam procedit. Plin. lib.* 5. *cap.* 29. † Ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ ὁ Μαίανδρος. *Maxim. Tyr. diſſert.* 38.

Lydia, præter regionem interiorem ſic vulgò dictam, continebat adjacentes locos, tàm Ioniæ maritimos, inter Hermi fluvii & Mæandri oſtia, quam Æolidis quoque || pertinentes ab eodem Hermo ad Lectum promontorium, * quod eam à Troade diſterminabat. Hoc enim loco Æolida non ſtrictiore ſenſu cum Ptolemæo accipimus, pro ora maritima tantùm, quæ Cayco flumini ad meridiem aſſidet, ſed pro eâ porro quæ vergit ad Aquilonem & ab † Herodoto vocatur Myſia; à Strabone quoque, qui eam

|| Αἰολίδα νῦν ἰδίως λεγομένην, τὴν ἀπὸ τοῦ Ἕρμου μέχρι Λέκτου. *Strab. lib.* 13. *pag.* 586.

* *Promontorium Lecton diſterminans Æolida & Troada. Plin. l.* 5. *cap.* 30. *& Damaſtes, apud Strabon. l.* 13. *pag.* 983.

† *Herodot. l.* 6. § 28. *& l.* 7. § 42.

describit Mysiam, quæ est circa || Caycum & Pergamenam, usque ad Teuthraniam & fluvii ostia.

‖ Ἡ μὲν ἡ Καϊκου καὶ τῆ Περγαμηνῆ, μέχρι Τευθρανίας καὶ τῆς ἐκβολῆς τῆ ποταμῆ. *Strab. lib. 12. pag. 571. Ipsam quoque urbem Pergamenam dictam fuisse olim Teuthraniam; testis est Pausanias in Atticis, pag. 4. & 10.*

Galenus quidem scribit * Hellespontiacam Mysiam conjunctam esse Pergamo. Ut autem Mysia hoc loco pro ipsâ Troade, quæ ad Hellespontum erat, est capienda: sic pari ratione Pergami nomine, non ipsa Urbs Pergamus, quæ ab illâ procul distabat, sed totum Pergamenum territorium, seu Mysia Pergamena, quæ ab ipso Cayco ad Troada usque pertingebat, intelligenda est. Verùm hanc universam regionem appendicem Lydiæ fuisse habitam, facilè colligi è Xenophonte poterit: † qui Lydii Maris id censet partem, quòd Antandrum & Adramyttium alluit: & ab Adramyttio se dicit comitesque suos fecisse iter, per Cayci campum, ad Pergamum urbem Lydiæ. Imò & in ipso Adramyttio testatur ‖ Strabo suo tempore restitisse Lydiarum portarum nomen, tanquam argumento id Lydos ædificasse. Nec alia profectò causa inveniri poterit, cur Cicero

*[Οἵνοε:] ὁ καλούμενος Μύσιος, ὃν ἐν τῇ πρὸς Ἑλλήσποντον Μυσίας, ἀλλ' ἐν τῇ Ἑλλησποντίας ὀνομαζομένης, ὅτις ἔξω τοῦ τῶν ὁμοροῦσα Περγάμῳ. *Galen. de fanis. inend. lib. 5.*

† Ἀνταν∂ρον ἀφικνεῖται περᾶτον· ἔνθα παρὰ θάλατταν πορεύομενοι Λυδίας, εἰς Θήβης πεδίον· ἐντεῦθεν δὲ Ἀτραμυττίου καὶ Κερτονίου παρ' Ἀταρνέα εἰς Καΐκου πεδίον ἐλθόντες, Πέργαμον κατελαμβάνουσι τῆς Λυδίας. *Xenoph. de exped. Cyri. lib. 7.*

‖ Καὶ νῦν Πύλαι Λύδιαι καλοῦνται ἐν Ἀδραμυττίῳ, Λυδῶν, ὡς φασι, τῇ πόλιν ἐκπέμψαντων. *Strab. lib. 13. pag. 613.*

cero in regionum Aſiæ propriè ſic dictæ enumeratione, Æolidis, & Ioniæ mentionem prorsùs omiſerit: quàm unam * Myſiæ, atque alteram Lydiæ nomine comprehenderit; in quibus Adramyttium aliaſque omnes urbes uſque Epheſum in Periplo Scylax collocat.

Lydiam olim Mæoniam fuiſſe dictam in † Herodoto, || Plinio aliiſque legimus: & * Mæoniam Homeri tempore Aſiam fuiſſe vocitatam, & ejus incolas à Callino Poetâ (qui † Archilocho erat antiquior Ἠσιονῆες, Ionicâ Dialecto, ſive Ἀσιονεῖς, Aſianos dictos, Demetrius Scepſius, || Cratetis & Ariſtarchi Grammatici æqualis arbitratur. Quibus addere licet Euripidis illud in Bacchis;

Ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον Ἀμείψασα.

atque illud quod * a Stephano Byzantino, † Suidâ, & Etymoligiſtâ magno refertur; in hoc Tmolo urbem Lydiæ fuiſſe poſitam, quæ Aſiæ nomen

* *Æolis proxima eſt, quondam Myſia appellata, & quæ Helleſponto adjacet Troas.*

Plin. lib. 5. cap. 30.

† *Herodot. lib. 1. § 7. & lib. 7. § 74.*

|| *Plin. lib. 5. cap. 29.*

* Λέγοντος δὲ τοῦ Καλλίνου τὴν ἔφοδον τῶν Κιμμερίων ἐπὶ τοὺς Ἠσιονῆας γεγονέναι, καθ' ἣν αἱ Σάρδεις ἐάλωσαν, εἰ κάζουσιν οἱ περὶ τὸν Σκήψιον Ἰασὶ λέγεσθαι, Ἠσιονεῖς, τοὺς Ἀσιονεῖς, Τάχα γὰρ καὶ ἡ Μηονία, φησὶν, Ἀσία ἐλέγετο καθ' ὃ καὶ Ὅμηρος εἴρηκεν.

Strabo, lib. 13. pag. 627.

† *Id. lib. 14. pag. 648.*

|| *Id. lib. 13. pag. 609.*

* Ἀσία πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα. *Stephan. de Urbib. in* Ἀσία. † Εἴρηται δὲ Ἀσιάτις ἡ τρίχορδος κιθάρα· ὅτι ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλει τῆς Λυδίας (κειμένῃ ἐν Τμώλῳ τῆς Λυδίας) πρῶτον εὑρέθη. *Suid. in* Ἀσία, *& Etymologic. in* Ἀσιάτις.

habuerit; & à Strabone, || inter Lydios montes, Tmolum & Messogin, planitiem Cayſtri fuiſſe, quam Homerus Aſium campum, ſeu Aſianum vocat, in illo verſu 2 Iliad.

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Ad quod Virgilius quoque reſpexiſſe videatur in illo primi Georgicorum;

——& quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri:

& Æneidos ſeptimo,

——ſonat amnis & Aſia longè
Pulſa palus.

Vet. Scholiaſt. Ariſtophanis, in Acharnenſ.

Præterea addit Strabo, * hâc in planitie, ſive prato, incolas ad Cayſtri ripam Cayſtrii cujuſdam & Aſiæ delubra oſtendiſſe; Aſiam autem quendam aliquandò Regem fuiſſe Lydiæ, & huic Aſiano prato dediſſe nomen † obſervat Etymologiſta; aut toti magnæ Aſiæ, ut || Lydii volunt: qui

|| Τὸ δὴ Καϋστριανὸν πεδίον, μεταξὺ πίπτοντι τῆς τε μεσογείτητος (leg. Μεσογίδος) καὶ τῆς Τμώλου, συνεχὲς ὂν πρὸς ὃν τὸ Κιλίκιον πεδίον. *Strabo, lib. 13. pag. 629.*

Ἀπὸ δὲ τριάκοντα σταδίων τῆς Νύσης ὑπόρρυσιν Τμῶλον τὸ ὄρος καὶ τὸν Μαιανδρίαν ὅθεν τὰ πρὸς τὸν νότον μέρη, καλεῖται τύπος λειμών. *Id. lib. 14. pag. 650.*

Καϋστριος ποταμὸς τῆς Λυδίας, ἐφ' ᾧ Μίλητος πλησίον Λυδίας, παρ' ὃ καὶ ὁ Ἄσπος λειμών. *Vet. Scholiaſt. Ariſtophanis, in Acharnenſ.*

* Τὸν δὲ τῆς λειμῶνα, ὁμομάζειν τῷ πεδίῳ φασὶν, ὅταν εἴπῃ, Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι· ἐνίοτε δὲ καὶ τοὺς ὁρεινοὺς τοὺς Ἀσίας τόπους ἔρχεται, καὶ τὸν Καϋστρον πλησίον ὑποῤῥέοντα. *Strab. l. 14. p. 650.* Ἕτεροι δέ φασί φασὶν τινες, ὁρᾶσθαι τὸν Καϋστρον ἐκ μέσης Ἀσίας τῆς Λυδίας ῥέοντα, καὶ τὸν Ἀσίαν Κότυος ἐσχηκέναι υἱόν, † ὃν Καϋστρον Πιτανηλείας υἱὸν λέγουσι καὶ ἄρξαι Λυδίας καὶ Ἀσίαν. *Euſtach. in Iliad. β. p. 254. edit. Roman.*

† Ἐκλέξαι Ἀσίας ὁ λειμών, ἀπὸ Ἀσίας τοῦ Κότυος, ὃς ἐβασίλευε Λυδίας. *Etymologic. magn. in* Ἄσιος.

|| Καὶ τάχα μὲν μεταλαμβάνοντας τὸ ὄνομα τῆς Λυδίας φάσκουσι ἀπὸ Ἀσίας τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνου, καλεῖσθαι τὴν Ἀσίαν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς Προμηθέως, Ἀσίας ἀπὸ τῆς καὶ τὴν ὑπ' αὐτὴν Σαρδιανὴν χαλκὴ καλεῖσθαι Ἀσπίδα. *Herodot. lib. 4. § 45.*

&

& hoc ampliùs dicunt, ab hoc Aſiâ Cotyos filio & nepote Manei, tribum quandam Sardibus prænobili eorum urbe Aſianam fuiſſe appellatam, ut Herodotus refert.

An verò ab hoc * Aſiâ, an ab urbe Lydiæ jam dictâ, an ab Aſiâ, Promethei uxore, an ab aliâ quâpiam origine, Aſia magna appellationem duxerit, in medio relinquit Stephanus. At verò, præterquàm quòd Homericæ illius Aſiæ vocalis prima ſit longa, & Aſiæ magnæ (quam Homerum † Stephanus ignorâſſe dicit) ſit brevis; Aſiæ notationem vel ab urbe Lydiæ, vel à Rege & Heroe Lydiæ, ipſi potius Lydiæ, quàm Aſiæ ſive majoris, ſeu minoris continenti toti, convenire dubitari non poteſt. Nam Lydiam, ut ſuprà definitam, peculiari Aſiam appellatione fuiſſe dictam demonſtrari poteſt ampliùs, tum è novo Teſtamento, tum è diſtinctione inter Proconſularem Aſiam, (quam eandem cum hâc fuiſſe oſtendemus infrâ) & reliquam Aſianam Dioceſin, ab Imper. Romanis factâ.

* Ἀσία ἡ ἤπειρος· οἱ μὲν ἀπὸ πόλεως Λυδίας, οἱ δὲ ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Λυδοῦ, ἢ ἐκ τῆς Προμηθέως γυναικὸς, ἢ ἀπὸ τῆς πολλὴν ἄσιν ἔχειν τουτέστιν ἰλύν. *Stephan. de Urbib. in* Ἀσία.

† Ἀγνοεῖ γὰρ Ὅμηρος τὴν Ἀσίαν, ὡς καὶ τὴν Εὐρώπην. *Id. ibid.*

Act. Apoſt. c. 16. S. Pauli & ſociorum iter ſic à S. Lucâ deſcribitur. *Tranſeuntes autem Phrygiam & Gala-*

tiæ regionem, vetiti sunt à Spiritu Sancto loqui verbum Dei in Asiâ. Cùm venissent autem in Mysiam tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus Jesu. Cùm autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem. Unde observari poterit, majorem Phrygiam (per quam profecti erant in Galatiam) Mysiamque Olympenam (quæ Bithyniæ adhærescebat) & Hellespontiadem, (in quâ erat Troas) cùm singulæ partes essent illius Asiæ, quæ primùm à Romanis sic propriè dicta est & post Dioceseos Asianæ quoque; expressè tamen distingui ab Asiâ peculiari magis nomine sic appellatâ, ut & Cariam fortasse, in quâ Miletus erat. Act. 20. 16. 17.

Atque ut hæ provinciæ à S. Lucâ sic detrahantur, ità reliquæ Asiæ propriè sic dictæ regiones, cum septem Asiæ Ecclesiis in Apocalypsi, Lydianæ illius Asiæ (de quâ nunc diximus) limitibus continentur. Nam Pergamum in urbibus Lydiæ annumeratum è Xenophonte ante didicimus; cui Aristoteles accedat, qui in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, de bello narrat, ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν μετάλλοις τοῖς περὶ Πέργαμον.

exorto.

exorto. Sardes, Philadelphia & Thyatira à Ptolemæo; Smyrna & Epheſus à Scylace Caryandenſi, & * Stephano Byzantino, Laodicea in ipsâ collocantur.

Tamen à Ptolemæo Laodicea in Cariâ, ab aliis in Phrygiâ ponitur. Cujus differentiæ cauſa è Strabone poterit intelligi, † qui Phrygiæ, Lydiæ & Cariæ fines ſic coincidiſſe oſtendit, ut difficultèr internoſcerentur. Quamobrem, licèt ipſe in urbibus Phrygiæ || Laodiceam recenſeat; Hierapolis tamen ipſi (ad Orientem) * oppoſita, à Stephano † inter Phrygiam & Lydiam fuiſſe dicitur: quo pacto hæc urbs in Phrygiâ, & Laodicea extra fines ipſius ponitur.

Λαοδικείας Ἱεράπολις. *Id. lib.* 13. *pag.* 629. † Ἱεράπολις, καὶ Λυδίας πόλις. *Stephan. de Urbib.*

Hanc porrò rationem addit Strabo || limitum in his locis confuſionis; quòd Romani has partes non ad nationum formam dividerent, ſed ſecundum fora & juriſdictiones. Tribunalia quinque urbibus * Laodiceæ Sardis, Smyrnæ, Epheſi, & Pergami ſunt conſtituta: Philadelphia Sardianæ, & Thyatira juriſdictioni Pergamenæ obnoxia. Sic ſe res habuêre, quando Hiſtoriam ſuam ſcribebat

* Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Λυδίας, Ἀντιόχου κτίσμα τοῦ παιδὸς τοῦ Στρατονίκης. *Steph. de Urbib. in* Λαοδίκεια.

† Ὡς τὰ (*l.* ὥς τε) καὶ τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ, καὶ ἔτι τὰ τῶν Μυσῶν, δυσδιακρίτα εἶναι, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα. *Strab. lib.* 13. *pag.* 628.

|| *Id. lib.* 12. *pag.* 576. & *lib.* 14. *pag.* 663.

* Καταντικρὺ μεταξὺ Φρυγίας

|| Εἰς δὲ τὴν σύγχυσιν ταύτην οὐ μικρὰ συλλαμβάνει τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ κατὰ φῦλα διελεῖν αὐτοὺς, ἀλλ' ἕτερον τρόπον διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους πονοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας. *Strab. lib.* 13. *pag.* 629.

* *Plin. lib.* 5. *cap.* 29. & 30.

bebat Plinius, ſub initia principatûs Veſpaſiani; quanquam poſt † Thyatira Metropolis per ſe eſſet; quod Ptolemæus in Geographiâ declarat; & Philadelphia quoque magnâ probabilitate una de ſeptem illis præclaris urbibus reliqua, quæ tanquam ſedes nobiliſſimas illis totius Aſiæ Eccleſiis in Apocalypſi deſignabantur.

† Θυάτιρα Μητρόπολις. *Ptolem. lib. 5. c. 2.*

Nam Philadelphiam non in hoc fuiſſe inferiorem quàm Thyatiram, facilè colligitur ex eâ in quâ etiam tunc erat exiſtimatione, poſtquam ab Aſiâ Proconſulari Lydia (ut mox audiemus) avulſa eſt, & unicuique Provinciæ una ferè Metropolis permiſſa. Nam cùm Sardes tunc eſſet urbs prima Lydiæ, ſecunda erat dignitate Philadelphia, Thyatira quarta, ut apparet ex Urbium Ordine illius Provinciæ, tàm in ‖ Civilibus, quàm in * Eccleſiaſticis Notitiis conſtantèr obſervato. Ut in Act. Synodi Conſtantinop. ſub Mennâ, Euſtathium in hæc verba ſubſcripſiſſe legimus: † Ego Epiſcopus Metropolis Philadelphenſium ex Provinciâ Lydiæ.

‖ *Hieroclis Notit. Orientalis Imperii; in Append. Geograph. ſacr. edit. Pariſ. an. 1641. pag. 29.*

* *Ordo Metropolit. ibid. pag. 13. & 45. & in tomo 1. Juris Græco-Romani. pag. 90.*

† Ἐπίσκοπος τῆς Φιλαδελφέων μητροπόλεως, τῆς Λυδίας ἐπαρχίας. *Concil. Conſtantinop. ſub Mennâ, Act. 5.*

Harum Metropolium duarum additio videtur eſſe tunc facta, cùm ditioni

tioni veteri || Provincias illas complures novas Veſpaſianus adderet. Quo tempore (ut valdè eſt veriſimile) hanc Proconſularem Aſiam ſeparavit ab Aſiâ illâ reliquâ, quæ (unà cum hâc ipsâ) in unam Conſularem Provinciam erat ante * ab Auguſto Cæſare deſcripta. Nam cùm Aſiæ Proconſul duas tantùm provincias ſub ſe haberet, (donec à Theodoſio ſeniore Helleſpontiaca eſſet addita) continentis unam quam ipſe, inſularum alteram quam ſub eo Præſes regebat: manifeſtum eſt † Rhodum, cæteraſque circum inſulas, ſub Veſpaſiano primùm in Provinciam coaluiſſe. Atque ab hoc tempore & deinceps, longe ante diſtributionem Imperii à Conſtantino factam, Proconſulis Aſiæ ubique nomen in ſcriptoribus occurrit.

Nam illius Filii dominatu || Arrium Antoninum Aſiæ Proconſulem fuiſſe legimus; & * Peregrinum, Imperante Nervâ, ſub quo Timotheus Epheſi paſſus eſt. † Antoninus Pius, || Serenius Grannianus & Minucius Fundanus eodem defuncti ſunt munere ſub Adriano: & M. Aurelii tempore * Tatius Quadratus, ſub quo Polycarpus

|| *Sueton. in Veſpaſian. cap. 8.*

* *Strabo, in fin. lib. 17. pag. 840.*

† *Sub Veſpaſiano principe Inſularum provincia facta eſt. Sext. Ruſus, in Breviario.*

|| *Plin. lib. 4. Epiſt. 3. & 5. Vid. Jul. Capitolin. in Antonino Pio; cum notis Caſauboni.*

* *Acta Græca Timothei: apud P. Halloix, Notat. in Vit. Polycarpi, cap. 7.*

† *Jul. Capitolin. in Antonino Pio.*

|| *Juſtin. Martyr. in Apologiâ ad Antonin. & ex eo Euſeb. lib. 4. hiſt. cap. 9. & Chronic. ann. Chriſt. 128.*

* *Faſti Siculi ad ann. 4. Olymp. 235.*

Polycarpus Smyrnæ martyrio coronatus est; ut Pionius post ibidem quoq; sub † Proclo Quintiano. Alterius quoque || Arrii Antonini Proconsulatûs sub Commodo Lampridius meminit. Et Ulpian, lib. 1. de Officio Procoss. Antonini Principis * Rescriptum citat; quo *Proconsuli necessitas imponitur per mare Asiam applicare*; & τῶν Μητροπόλεων (quarum plures fuisse audivimus) Ἔφεσον *primam attingere.*

† *Ibid. ad ann. 4. Olymp. 257.*

|| *Lamprid. in Commodo.*

* *Imperator noster Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripsit; Proconsuli necessitatem impositam, per mare Asiam applicare,* καὶ τῶν μετροπόλεων Ἔφεσον *primam attingere. Ulpian. in L. Observare. D. de Offic. Procons.*

Post Constantinum autem, Officiorum Vicarii Diœcesis Asianæ, & Proconsulis Asiæ, distinctio evidentiùs occurrit; præsertim in Eunapio, qui narrat ut suo tempore, sub Valente Orientis Imperatore, Clearchus utrumque munus exercuerit. Nam declarat primò eum factum fuisse † præsidem universæ illius Asiæ, cujus jurisdictio ab Hellesponto, per Lydiam & Pisidiam usque Pamphiliam pertinebat: ubi pro Lydiâ, quæ tunc (ut ostendam) pars Asiæ Proconsularis erat, reponenda est Phrygia, quæ hâc continebatur; & tàm in || Act. Apost. quàm in Viennensis &

† Τῆς Ἀσίας ἁπάσης κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ Κλέαρχος ἐπεστάτει, ὅσα κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἀφ' Ἑλλησπόντου διὰ Λυδίας καὶ Πισιδίας ἐπὶ Γαμφυλίαν ἀφορίζεται. *Eunap. in vitâ Maximi.*

|| *Act. 29, 10. & 16. 6.*

& Lugdunenſis Eccleſ. * Epiſtolâ (quam Euſebius recitat) ab alterâ illâ Aſiâ manifeſtè excluditur. Poſt de Clearchi ad alteram offieii partem evectione † Eunapius ſic ſcribit. Cùm res proſperè ſuccederent, Clearcho Valens ſupra modum delectatus, non modò illi hanc Provinciam non abſtulit, ſed ad majorem quoque eum extulit, & Proconſulem Aſiæ NUNC propriè ſic dictæ conſtituit. Hæc oram maritimam cum adjunctâ continente complexa, à Pergamo uſque Cariam decurrit, & ad Lydiam à Tmolo monte definitur: & Provinciarum eſt honeſtiſſima, neque Præfecto Prætorii ſubjecta; præterquàm quòd his novis tumultibus omnia denuò miſceri & perturbari inceperint.

* Τοῖς κζ΄ τῶν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν. *Euſeb. lib. 5. cap. 2.*

† Χαριστήριον δὲ καὶ τοῦτο περιεσπάσατο τὸν Βάλεντα ὑφηνιάσθη τὸν Κλέαρχον, καὶ οὐκ ἀπήλυσεν τῆς ἀρχῆς ἀλλ' εἰς ἀρχὴν μετήγαγεν μείζονα, αὐθύπατον αὐτὸν ἀποδείξας τῆς νῦν ἰδίως Ἀσίας καλουμένης. αὕτη δὲ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἀλίγωνες ἐπέχουσα παράλιον καὶ τῷ ὑπερκειμένῳ ἠπείρῳ ἕπεται Καρίας ἀποτέμνεται. καὶ ὁ Τμῶλος αὐτὴν περιέχει τὸ πρὸς Λυδίαν. Ἔστι δὲ ἀρχῶν ἐνδοξοτάτη, καὶ ὑ κατάκοος τῷ τῆς αὐλῆς ἐπάρχῳ· πλὴν ὅσαπερ νῦν πάλιν ἐς τὰ ἀνάπαλιν ἐφ' ἑαυτὴν ἕλκειν ἅπαντα συμπεφύκασι καὶ ἀναπεπλέχθαι. *Id. ibid.*

Quibus in verbis, quod ad Aſiam Proconſularem attinet, obſervandum eſt, 1°. nomen quod illi tribuit, Aſiæ NUNC propriè ſic dictæ; deinde limites quibus eam circumſcribit: poſtremò mutationes quæ in eâ poſt acciderunt. Primò igitur animadvertendum eſt, Aſiam NUNC propriè

priè sic dictam, partem duntaxat fuisse illius Asiæ quæ ante à Romanis propriè sic dicta est; atque ut illa nomine Asiæ tunc propriè sic dictæ ab Asiâ minore distincta est; ità nunc eadem ad Asianam Diœcesin similitèr se habuit, à quâ (ut pars à toto) hâc appellatione secernebatur.

2°. De limitibus ejus, notari poterit; ut Galenus (quo suprà loco) Hellespontiacam Mysiam (quæ in vetere Imperii distributione Vicario Diœcesis Asianæ suberat) conterminam facit Pergamo, ubi ipse natus est: sic Eunapium, ab eodem Pergamo; seu Mysiâ Pergamenâ potiùs, initio Asiæ Proconsularis repetito, eam usque Cariam longitudine deducere, latitudine autem eandem extendere à mari ad Tmolum || montem in Lydiâ ad Orientem situm: quem ἔρυμα Λυδίας, propugnaculum Lydiæ, Euripides in Bacchis vocat, & in cujus lateribus Sardes (illius Provinciæ Metropolin, & Eunapii ipsius patriam) non ab eo solùm, * sed itiam ab † Herodoto, || Strabone & * Plinio,

|| Ὁ Τμῶλος ἱκανῶς συνῆπται, καὶ περιγραφὴν ἔχει μετρίαν, ἐν αὐτοῖς ἀφοριζόμενος τοῖς Λυδίοις μέρεσιν. *Strabo, lib.* 13. *pag.* 629.

* Τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον ὅισθα πυκλύων;

Οἶδ' ὃς τὸ Σάρδιων ἄστυ περιβάλλει κύκλῳ. *Euripid. in Bacchis.*

† *Herodot. lib.* 1. §. 84. & *lib.* 5. §. 101.

|| Ὑπέρκειται δὲ τῶν Σάρδιων ὁ Τμῶλος, εὐδαίμων ὄρος, ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ σκιπὴν ἔχον ἐξέδραν λευκοῦ λίθου Περσῶν ἄργον ἀφ' οὗ κατοπτεύεται τὰ κύλῳ πεδία, καὶ

(quicquid

μάλιστα τὸ Καϋστρινὸν. *Strab. l. 13. pag. 625.* * *Lydia celebratur maxime Sardibus, in latere Tmoli montis, qui antè Timolus appellabatur. Plin. lib. 5. c. 29.*

(quicquid cenſeat Ptolemæus) collocari apparet. Unde liquet Proconſularem Aſiam eandem fuiſſe cum Aſiâ vetere Lydianâ ; cujus limitibus omnes illæ ſeptem Eccleſiæ in Apocalypſi memoratæ continebantur.

3°. Quod ſpectat ad mutationes quæ poſt accidêrunt ; à Theodoſio ſeniore (qui Valenti in Orientis Imperio ſucceſſit) † Conſularis Helleſponti Provinciam (quâ Myſia illa Helleſpontiaca confinis Pergamenæ includebatur) Vicario Aſianæ Diœceſeos ademptam, Proconſuli Aſiæ ſubjectam fuiſſe comperimus ; atque aut ab ipſo, aut ab Arcadio ejus filio interiorem Lydiæ Provinciam contrà Proconſuli Aſiæ detractam, & Vicario Diœceſis Aſianæ videmus additam. Quod in causâ fuit, cur Palladius, cùm || loqueretur de Synodo Aſianâ ſeptuaginta Epiſcoporum anno 400. ſub Chryſoſtomo congregatâ, Aſiæ Epiſcopos ab Epiſcopis Lydiæ expreſsè diſtinxerit. Nam Synodi Nicenæ primæ ſubſcriptiones, quæ in Latinis quibuſdam codicibus leguntur,

† *L. Offic. Helleſponti. C. de offic. comit. ſacri patrimon. (vel potiùs, proconſulis & leg.)*

|| *Palladius, in Vitâ Chryſoſtom. & ex eo Georgius Alexandrinus, tomo 8. edit. Græc. oper. Chryſoſt. p. 202.* Συναγόντες τοὺς τῆς Λυδίας ἐπισκόπους καὶ Καρίας, καὶ Ἀσίας, συνεύοντας εἰς ἑβδομήκοντα ἄνδρας.

leguntur, ut recentiores sunt negligendæ.

Tamen in hâc Proconsularis Asiæ à Lydiâ disjunctione, notandum est Australem ejus partem inter fluvios Mæandrum & Cayſtrum, quam à Ptolemæo Cariæ adjectam fuisse dictum est, & in quâ Urbes erant Priene, Magnesia, Trallis, & Nysa; Asiæ etiam tunc fuisse reservatam; unà cum illâ omni maritimâ orâ, quæ ab Epheso pertingebat usque Assos, cujus fit mentio Act. 20. 13: quod tum * Ecclesiasticis & civilibus Notitiis Orientalis Imperii Provinciarum Græcis, tum Synodi Chalcedonensis aliarumque Orientis † subscriptionibus apparet luculentè. Adeóque || Asia (hoc modo à Lydiâ secreta & disjuncta) unà cum duabus illis Provinciis, Insularum Cycladum & Hellesponti, sub dispositione Proconsulis Asiæ remansit; ut Provinciæ infrà scriptæ sub * dispositione Vicarii Diœceseos Asianæ; Pamphylia, Lycia, Lycaonia, Pisidia, (quæ quatuor Provinciæ non finibus Asiæ veteribus Romanis propriè sic dictæ continebantur) Lydia, Caria, Phrygia Pacatiana & Phrygia Salutaris.

Hanc

* *Append. Geograph. sacr. edit. Paris. ann.* 1641. *pag.* 27. *&* 43. *cum tomo* 1. *Juris Græco-Romani, pag.* 90.

† *Subscript. Concil. Chalced. Act.* 6. *Concil. Constantinop. sub Mennâ, Act.* 5. *Concil. Constantinop. VI. Act.* 18. *&c.*

|| *Sub dispositione viri Spectabilis Proconsulis Asiæ, Provinciæ infra-scriptæ: Asia, Insulæ, Hellespontus. Notitiæ Provinciar. & dignitat. utriusq; Imperii.*

* *Sub dispositione viri Spectabilis Vicarii Diœceseos Asianæ, Provinciæ infra scriptæ: Pamphylia, &c. Ibid.*

Hanc diſtributionem videre licet in Notitia Latina Provinciarum & dignitatum utriuſque Imperii; quæ † Alciato vocatur Breviarium Theodoſii junioris; || qui Lyciam primùm à Lycaoniâ diviſit, & provinciam ſeparatim fecit; Myramque ejus Metropolin, & præfecti ſedem conſtituit, ut Johannes Malela in Chronico teſtatur. Quod quidem Malelæ teſtimonium ſi pro rato haberi debeat, dicendum erit ſimul, Theodoretum ad ſui temporis conditionem reſpexiſſe, cùm, de curâ Chryſoſtomi quâ * totam diœceſin Aſianam complectebatur locutus, eam ab undecim præfectis adminiſtratam fuiſſe dicat; cujus tres ſcilicet provincias ſub Aſiæ Proconſule erant, & octo ſub Aſianæ Diœceſeos Vicario; quæ alitèr, ſi Lycia & Lycaonia conjunctæ eſſent, duntaxat ſeptem recenſerentur.

† *Alciat. Parerg. lib. 5. cap. 13.*

|| Ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Λυκαονίας, ἥντινα ἐκάλεσε Λυκίαν, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα τῇ λεγομένῃ πόλει Μύρᾳ τῆς αὐτῆς Λυκίας. *Jo. Malel. Antiochen. Chronic. MS. lib. 14.*

* Τῆς Ἀσίας ὅλης. ὑπὸ ἕνδεκα τὴν αὐτὴν ἀρχόντων ἐθύνεται. *Theodoret. hiſtor. Eccleſiaſtic. lib. 5. cap. 28.*

In generali quidem † Provinciarum Orientis enumeratione, quam inter initia habemus Breviarii Theodoſiani jam dicti; in univerſâ Diœceſi Aſianâ Provinciæ tantummodò decem percenſentur; quarum omnium prima & principalis, ipſa nempe Aſia, neſcio

† *Aſianæ X. Pamphylia, Helleſpontus, Lydia, &c. Notit. utriuſq; Imperii.*

‖ *Onuph. Panuin. Reipubl. Roman. lib. 3. (pag. 424. edit. Francofurt. ann. 1597.)*

* *Asiæ Provinciæ XII. Asia ipsa, in quâ est Ilium, id est Troja. Lydia. Galatia. Lycia. Caria. Hellespontus, &c. Provinciar. Romanar. libell. ab Ant. Sconhovio & Andr. Schotto edit. ex Isidori Collect. Epistolar. Decretal. MS.*

neſcio quo errore (qui ‖ Onuphrio quoque impoſuit) prætermiſſa eſt. Nec mendum illud ab Iſidoro Mercatore ſublatum, ſed auctum potiùs; ubi in hâc Aſiâ duodecim * enumerat Provincias; quarum prima, inquit, eſt *ipſa Aſia, in quâ eſt Ilium, id eſt Troja*; *ſecunda Lydia*; *tertia Galatia*. Cùm Ilium non hujus Provinciæ eſſet, ſed Helleſpontiacæ; Galatia autem Ponticæ eſſet, non Aſianæ Diœceſeos. Unde, ut obitèr illud dicam, mendum, quod in ſubſcriptionum 6 Act. Synodi Chalcedon. editionem græcam irrepſit, corrigere licebit; quibus, licèt Theoſebius Epiſcopus Ilii ſubſcripſerit, tamen Stephanus Epheſiorum Metropolita, inter Epiſcopos ditionis ſuæ qui aberant, Rufinum non Timi, (ut in Latinis eſt codicibus) ſed Ilii Epiſcopum appellat.

Et hic porrò eſt obſervandum, quanquam olim in Aſiâ Proconſulari Metropoles eſſent plures; ut ex eis quæ ſupra ſunt dicta, & præſertim Imperatoris Antonini reſcripto (quod Ulpianus laudat) manifeſtè intelligitur; tamen in diſpoſitione Imperii per Conſtantinum factâ decretum

cretum fuiſſe, ut tàm in hâc, quàm in aliis omnibus ſingulatim Provinciis, urbs una tantùm primaria Metropolis haberetur; quâ Vicarius Romanus præcipuè ſederet, & ad quam causâ judiciorum coirent Provinciales.

Jam Epheſus, cùm Aſiæ (ut † Ariſtides loquitur) commune Ærarium eſſet, Metropolis quoque ejuſdem facta eſt; quod tàm || Chriſoſtomi teſtimonio apparet, aliorumque veterum qui ſuper Epiſtolâ S. Pauli ad Epheſios ſcripſerint; quàm * Theodoſii Imperatoris literis, quibus Dioſcorum alioſque Epiſcopos monet, ut in Synodo Epheſinâ, quam ipſe indixerat anno 449, compareant. Atque ille qui de locis, quorum in Actis Apoſt. fit mentio, librum conſcripſit, (St. Hieronymo perperam attributum) cum dicat, † *ſpecialiter, ubi Epheſus civitas eſt, Aſiam vocari,* non aliud ſignificare voluit, quàm Provinciam illam, quæ Epheſum Metropolim habeat, eandem eſſe, quæ nomen Aſiæ ſpeciatim ſibi vindicet: Si hâc in re ille aliò forte attenderit, quàm ad nuda Lucæ verba, qui dixit Paulum || Epheſi per biennium eſſe commoratum, *Ità ut omnes qui habi-*

† Ταμιεῖον τε κοινὸν τῆς Ἀσίας εἶναι τὴν πόλιν, καὶ τῆς χρείας καταφυγήν. *Ariſtid. orat. de concordiâ ad civitates Aſiaticas.*

|| Ἐφεσός ἐστι μὲν τῆς Ἀσίας μητρόπολις. *Chryſoſt. in argument. ep. ad Epheſ.*

* Τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν τῆς Ἀσίας καταλαβεῖν ἀνυπερθέτως σπουδάσει. *Theod. jun. ep. ad Dioſcor. Alexandrin. inſert. Actioni 1. Concil. Chalcedon.*

† *Specialiter ubi Epheſus civitas eſt, Aſia vocatur. Lib. de locis Act. Apoſtol. inter Hieronymi & Bedæ opera.*

|| *Act.* 19.10.

tabant in Asiâ audirent verbum Domini: & post, * *Proposuisse eum transnavigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asiâ*; ideoque majoribus natu Ecclesiæ Ephesinæ convocatis, dixisse; *Vos scitis à primâ die, quâ ingressus sum in Asiam, qualitèr vobiscum per omne tempus fuerim.* Ex quibus omnibus non erat illi scriptori difficile colligere, quod † Erasmus quoque post fecit, Asiam in novo Testamento denotare eam Asiæ minoris partem, in quâ sit Ephesus.

* *Act.* 20. 16, 18.

† *Erasm. Annot. in Act.* 16. *& Rom.* 16.

Insuper & hic notandum est, ut in civili administratione jurisdictio præsidum, qui per singulos annos mittebantur, (quos Aristides || Episcopos vocat) ad omnes urbes intrà singularum Provinciarum limites pertinebat: sic in Orientali præsertim Imperio Ecclesiasticam administrationem hâc in re ad Civilem respondisse, adeoque unum tantùm Episcopum Metropolitanum in unaquâque Provinciâ fuisse ordinatum, cui cæterarum Urbium Episcopi obedirent. Quo pacto factum est, ut de septem Asiaticis Ecclesiis, in Apocalypsi memoratis, Epheso soli temporibus Constantini Metropolitica dignitas restaret.

|| Ἡμῖν δ' ὅσῳ καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων ὑπάρχει τιμᾶσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν βασιλέων, καὶ ὑπὸ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἐπισκόπων ἀφικνουμένων. *Aristid. in orat. citat. quum anteà dixisset,* ἡγεμόνες δ' ἡμῖν ἐκ νόμου φοιτῶσι καθ' ἕκαστον ἔτος.

ret. Deinde post Valentis principatum, cùm ab Asiâ Lydia secreta esset, Episcopus Sardium (* antiquæ Regum Lydiorum sedis) illius Provinciæ Metropolita factus est; cui Philadelphensis & † Thyatirenus subjecti, ut Ephesino Smyrnensis & Pergamenus.

* Αἱ δὲ Σάρδεις πόλις ὁ τοῦ μεγάλη, νεωτέρα μὲν τῶν Τρωϊκῶν, ἀρχαία δ' ὅμως, ἄκραν εὐερκῆ ἔχουσα· βασίλειον δ' ὑπῆρξε τῶν Λυδῶν, *Strabo, lib. 13. pag. 625*

† *In Latinâ Edit. subscript. sextæ Actioni Concil. Chalc. annexa, Synnadæ subjicitur Thyatira: Græca autem habent, non* Θυατείρας *sed* Τεκτορίου, *vel potius* Στεκτορίου: *quam sedem Synnadæ suffraganeam fuisse constat. Porrò eadem Synnada in Socrat. hist. Eccl. lib. 7. cap. 3. malè ponitur inter Phrygiæ Pacatianæ urbes, cùm proculdubiò esset Metropolis Phrygiæ Salutaris.*

Una supererat modò de septem, Laodicea, quæ Phrygiæ Pacatianæ Metropolis esse meruit; quod quidem in prioris ad Timotheum Epistolæ Græcâ subscriptione legitur: cujus novitatem || eruditissimus Cujacius hinc rectè colligit. Nam ut Phrygiæ Pacatianæ & Salutaris distinctio, ante Provinciarum per Constantinum factam distributionem, apparet nusquam; sic & illo tempore, quando una solùm Metropolis unicuique Provinciæ erat attributa, ambigitur meritò, an ex his duabus * primariis urbibus, quæ adeò conjunctæ erant,

|| *Unde satis liquere potest, de subscriptione primæ Epistolæ ad Timotheum, recentiorem eam esse. Cujac. in exposit. Novell. 145.*

* *Laodicea & Hierapolis ut erant conjunctæ; (unde ab Apost. junguntur, Col. 4. 13.) sic primum habent sibi locum in Phrygiæ Pacatianæ urbibus ab Hierocle datum. In Notit. Civili Provinc. Append. Geog. Sacr. p. 21.*

Hierapolis, quæ sine controversiâ erat Phrygiæ, non potiùs ejusdem esset Metropolis; quàm Laodicea, quæ propter incertum situm (ut audivimus) Phrygiæ, Cariæ, Lydiæ promiscuè ascribebatur.

Sequentium quidem Principum temporibus, † qui eousque cupidis quibusdam Episcopis gratificari voluêre, ut Metropolitas duos in eâdem Provinciâ ordinari siverint, hæ utræque Urbes Pacatianæ Phrygiæ Metropoles habebantur: quod quidem erat in causâ, cur in quartâ Generali Synodo Chalcedone habitâ, tàm || Nunechius Metropolita Laodicenus, quàm Stephanus Metropolita Hierapolitanus pro se subscriberent, & pro absentibus Episcopis qui sub ipsis erant: ut in quinta quoque Generali Synodo Constantinopolitanâ, simul fit mentio * Johannis Episcopi Metropoleos Laodicensium, & Auxanonis Episcopi Metropoleos Hierapolitanorum: & in sextâ Tiberii Episcopi Laodicensium, & Sisinnii Hierapolitanorum; quorum uterque suæ sedi appellationem tribuit † Metropoleos Phrygiæ Pacatianæ.

Quanquam autem quodam Canone

† Τινὸς παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προσδεραμόντες δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέμεσιν· ὡς οὐ τοῦτο δύο μετροπολίτας εἶναι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ. *Concil. Chalcedon. Can.* 12.

|| *Concil. Chalced. Act.* 6.

* *Concil. V. Collat.* 8.

† Μετροπόλεως τῆς Φρυγῶν Παχατιανῶν ἐπαρχίας. *Concil. VI. Constantinop. Act.* 18.

none Synodi Chalcedon, jam dictæ, cautum eſſet, || nequis Epiſcopus diviſionem talem deinceps attentando, de jure Metropolitani ſui derogaret; & proviſum ſuper, * ut novæ Metropoles Imperatoriis literis ante conſtitutæ ſic honore ſuo gauderent, ut illi Urbi, quæ Metropolis reverà eſſet, ſua jura illibata conſervarentur. Nihilo tamen ſeciùs videmus, in || Notitiis Epiſcopatuum Orientis recentioribus, ſub duobus his Metropolitis, Laodiceæ nempe & Hierapolis, ſuffraganeos utrique ſuos diſtinctè accenſeri; & alios Epiſcopos non eo Canone ſic retardatos, ut ad dignitatem Metropoliticam non aſpiraverint. In quibus (ut de eis tantum loquar qui ſunt inſtituti noſtri) Epiſcopus Smyrnenſis erat; qui αὐτοκέφαλος † eſſe primò, nec ab alio pendere; poſt || Metropolitanus eſſe * ſeptem ſibi ſuffraganeos regere obtinuit: † Epiſcopus quoque Pergamenus, qui ſimiliter imperium Epheſini detrectans, & ipſe Metropolita factus eſt: Philadelphenſis denique || qui ab Andronico Palæologo ſeniore in locum Epiſcopi Sardiani ſubſtitutus, Lydiæ, Metropolitanus evaſit. Adeò ut ex

|| τὸν τοῦτο τὸ ὑπερβάντα ἑαυτὸν ἐκτὸς τοῦ ἰδίου βαθμοῦ. *Concil. Chal. can.* 12.

* Ὅσαι ἂν πόλεις διὰ γράμματος βασιλικοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἐπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι μόνης κατηλαττώσαν τὴν τιμὴν, &c. συζομένων τῷ κατ' ἀλήθειαν μιᾶ ἐπόλει τὰ οἰκεῖα δίκαια. *Ibid.*

|| *Notit. Græc. in Appendic. Geograph. ſacr. pag.* 16. & 18. *item* 48. & 52. *Jur. Græco Roman. tom.* 1. *p.* 94. & 98.

† *Notit. Græc. in Append. Geograph. ſacr. pag.* 8. & 40.

|| *Jur. Græco-Roman. tom.* 1. *pag.* 88. & 245.

* *Ibid. p.* 100.

† *Georg. Codin. Curopalat. de Offic. Conſtanti op. pag* 221. & 237. *edit. Fr. Junii.*

|| *Ibid. pag.* 219. & 231.

Episcopis septem Ecclesiarum in Apocalypsi memoratis, extra Thyatirenum unum, omnes demùm Metropolitani fierent, sicut ab initio quoque fuerant.

In his autem sedes Ephesina semper eminebat. Atque ut hæc Proconsularis Asiæ Metropolis erat; sic Asia illa paritèr totius Diœcesis Asianæ Provincia erat primaria; & in eâ autoritate, ut de Præfecti Prætorio Orientis jurisdictione Proconsul ejus eximeretur (ut supra ex Eunapio observatum) cui reliquæ Diœcesis Asianæ Vicarius erat subditus. Similitèr in administratione ecclesiasticâ Episcopus Ephesi, non solùm Metropolita Asiæ Proconsularis habebatur, sed ἔξαρχος seu Primas totius Diœcesis Asianæ Provinciarum. Unde factum est, ut ex Episcopis illis, quos Palladius (in Chrysostomi vitâ) ab Antonino Episcopo Ephesiorum ordinatos commemorat, * alii è Lyciâ & Phrygiâ essent, ut alii ex ipsâ Asiâ: Atque hi quidem ab illo ut à Metropolitâ suo, illi ut à Patriarchâ sunt consecrati. Quod jus Ordinationis Patriarchale cùm postea Concilium Chalcedonense ab hâc sede detraxerit,

† id

* Τὰς δὲ ἐν Λυκίᾳ καὶ Φρυγίᾳ τὰς ὑπ' αὐτὴν τὴν Ἀσίαν. *Sozomen. hist. lib. 8. cap. 6.*

† id à Timotheo Alexandrino (illius Synodi capitali hoſte) eidem denuò eſt reſtitutum.

Sic videmus Epiſcopum Epheſinum, ut Aſianæ Provinciæ Metropolitam, in Synodo ſub Mennâ Conſtantinop. ſubſcripſiſſe; || Ego Hypatius miſericordiâ divinâ Epiſcopus Epheſiorum Metropoleos, Aſianorum Provinciæ, definivi & ſubſcripſi; atque ut Aſianæ quoque Diœceſi Patriarcham, literis à ſextâ Conſtantinop. ad Papam Agathonem miſſis ſubſcripſiſſet; *Ego Theodorus miſericordiâ divinâ, Epiſcopus Epheſiorum Metropolis, & Primas Aſianorum Diœceſis, pro meipſo, & pro Synodo quæ ſub me habetur, ſubſcripſi.

Atque hæc de Aſiâ Proconſulari; adeoque de Diœceſi quoque Aſianâ, (cujus ea pars erat) in præſens dixiſſe ſufficiat.

† Ἀποδίδωσι τῇ Ἐφεσίων καὶ τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον, ὅπερ αὐτὴν ἀφεῖλεν ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος. *Evagr. hiſtor. lib. 3. cap. 6.*

|| Ἡπάτιος (vel Ὑπάτιος *potius*) ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπεσημηνάμην. *Concil. CP. ſub Mennâ, Act. 5.*

* Θεόδωρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως, καὶ ἔξαρχος τῆς Ἀσιανῶν διοικήσεως, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ τῆς ὑπ' ἐμὲ συνόδου ὁμοίως ὑπεσημηνάμην. *Synod. VI. Conſtantinop. Act. 18.*

VETERIS

ECCLESIÆ

Gubernatio Patriarchalis,

EX

EDVARDI BREREWOOD

Ad Certas

Quæstiones Responsione,

DECLARATA.

Quæstio Prima.

An Concilii Niceni tempore unaquæq; Ecclesia sive Episcopus, uni è tribus Patriarchis, Romano, Alexandrino & Antiocheno, quorum in sexto Synodi illius Canone fit mentio, subjiceretur?

Resp.

Reſp.

NEgatur: & ipſe Canon rem extra dubitationem ponit; qui, cùm ſtatuerit tres illos Epiſcopos antiquo & parili more habere poteſtatem debere vicinarum regionum; ſtatim addit, apud cæteras quoque Provincias, honorem ſuum unicuique Eccleſiæ ſervandum eſſe. Et Canon quoque ſecundus primæ Generalis Synodi Conſtantinop. tantundem ferè affirmat. Ut autem manifeſtiùs res declaretur, duo ſunt præcipuè conſideranda. Primum, quinam Patriarcharum horum juriſdictionis eſſent termini? Secundum, Quorumnam ad poteſtatem cæteræ extra illos fines Provinciæ pertinerent?

De primo. Patriarchæ Alexandrino † Nicena Synodus Ægypti, Lybiæ, & Pentapolis regiones attribuit. || Epiphanius Thebaidem, Maræotidem & Ammoniacam, ſed fruſtrà, addit. Nam Thebais & Maræotis Provinciæ Ægypti erant, ut Ammoniaca Lybiæ. Cujus Patriarchatus Urbes extremæ erant, ad Orientem Rhinocorura (ab Anthedone & Gazâ non

† *Concil. Nicen. can. 6.*

|| *Epiphan. contr. hæreſ. ſect. 68. prope princip.*

non procul) in confinio Patriarchatûs Antiocheni; & ad Occaſum Berenice ad majorem Syrtim, ſeu potius Philænorum aræ ad intimum ſinum illius ſitæ, ubi Ægypti juriſdictio & Africæ conveniebat. Quibus latè finibus, Nicenâ Synodo, Provinciæ * ſex erant Romanæ diviſionis; ſed poſteà † Synodo Chalcedonenſi (ut videtur) decem; (Provinciis majoribus in minores tunc ſubdiviſis.) Tot enim Epiſcopos Metropolitanos è Diœceſi Ægyptiacâ Theodoſius & Valentinianus Imp. ad illam Synodum convocabant.

* *Notitia Provinciar.*
† *Action. 1. Concil. Chalced. in epiſt. ad Dioſcorum.*

Ad Patriarcham Antiochenum ſpectabant omnes ‖ Provinciæ Orientis (non imperii Orientis, cujus Conſtantinopolis caput erat; ſed) Diœceſis ſcilicet Orientis à Romanis propriè ſic dictæ, quæ Antiochiam habebat Metropolin; & continebat omnes Provincias Romani Imperii, quæ ab ultimo mari mediterraneo fines Imperii ad Orientem attingebant; unà cum Ciliciâ & Iſauriâ, cæterarum quidem confinibus, ſed ad partem interni maris Borealem ſitis: Provinciæ autem Diœceſeos Orientis erant omninò * quindecim.

‖ *Concil. Conſtantinop. 1. can. 2.*

* *Notitia Provinc. prope princip.*

Poſtremò,

Poſtremò, quod ad juriſdictionem Romani Patriarchæ attinet, quanquam ego non in me recipiam abſolutè eam determinare; tamen quis ſit ſenſus meus in hac causâ, oſtendere non pigebit. Illa igitur videtur mihi comprehendiſſe omnes illas Italicæ Diœceſis Provincias, quas Juriſconſulti veteres, atque alii nominârunt Suburbicarias. Numero autem erant decem, tres totidem inſularum, Siciliæ, Corſicæ, & Sardiniæ; & ſeptem in continente, quæ totam propemodùm Italiæ partem anguſtiorem exhauriebant. Omnis enim Italia Orientem verſus ad eam pertinebat: ſed occaſum verſus Macra fluvius (qui Hetruriæ tunc erat & nunc quoque eſt terminus) ad Tyrrhenum mare, & Aſius fluvius Anconâ non procul ad ſinum Adriaticum illam definiebant. Nam Aſius ille, ni fallor, Provincias Piceni ſuburbicarii, & Piceni Annonarii diſterminabat: quarum illa ſpectabat ad Romanam præfecturam, cujus Urbs ipſa erat Metropolis: hæc autem, cum cæteris in Italiæ laxiore parte Provinciis, (quæ ſeptem omninò erant) pertinebant ad Diœceſin Italiæ propriè

priè ſic dictam, cujus Metropolis erat Mediolanum.

Hanc autem, neque aliam, fuiſſe antiquam Patriarchæ Romani juriſdictionem, rationes non deſunt cur ità ſentiam. Nam † Ruffinus primò, in Hiſtoriâ ſua Eccleſiaſticâ, Canonis ſupradicti partem in hunc modum deſcribit: *Apud Alexandriam, ut in Urbe Româ, vetuſta conſuetudo ſervetur: ut ille Ægypti, & hic Suburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.* Cujus quidem Canonis converſionem (ſi duntaxat eum è Græco in Latinum convertere voluit) ut probare non poſſum: ſic declarationem ejus (ſi porrò eùm interpretari & explicare voluit) improbare nolo; cùm ille tàm brevi tempore, poſt Concilium Nicenum, vixerit, & natione eſſet Italus; adeóque fines ignorare non poſſet, quibus ille Patriarcha juriſdictionem ſuam exerceret.

† *Ruffin. hiſt. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6.

Secundo, Totidem Provinciæ, nec plures, ad præfecturam Romanam pertinebant; nempe ad civilem Vicarii Urbis juriſdictionem; ut in ‖ libro Provinciarum manifeſtum eſt. Cæteros autem omnes Patriarchas, &

‖ *Notitia Provinciar. Imper. Occidental.*

& Primates, contentos fuiſſe conſtat iiſdem finibus, quibus civiles Vicarii ſe continebant; earum Diœceſium ſcilicet, quarum urbes in quibus ſedebant, Metropoles erant; quod etiam * ſecundæ generalis Synodi ſecundus Canon aperte indicat.

* *Concil. Conſtantinop. 1. can. 2.*

Sed nè ſic quidem forte quæſtioni tuæ ſatisfecerim, niſi res ſecunda declaretur: Cuinam ſcilicet gubernationi reliquarum Provinciarum Eccleſiæ ſubjicerentur. Quâ de re dicam brevitèr, quod in antiquâ Romani Imperii tàm Civili, quàm Eccleſiaſticâ adminiſtratione hactenus obſervaverim: Imperium omne Romanum diviſum erat in Diœceſes trédecim; quarum ſeptem ad Orientis Imperium; & ſex (Præter Urbis Romanæ Præfecturam jam dictam) ad Occidentem pertinebant. Diœceſes illæ tredecim (cum illâ Romæ Præfecturâ) Provincias ferè 120, in univerſum continebant: adeò ut ad Diœceſin unamquamque multarum Provinciarum ſpectaret adminiſtratio. Poſtremò Provinciæ ſingulæ plures in territoriis ſuis urbes comprehendebant.

Pro

Pro Rectoribus habebant Urbes Judices illos inferiores, qui in Legibus Civitatis Defenſores appellantur; & eorum ſedes ipſæ urbes erant; quò omnia circum oppida vicique ad judicia conveniebant. Provinciæ habebant aut Proconſules, vel Conſulares, aut Præſides, vel Correctores; diverſis quidem appellationibus, ſed æquali ferè auctoritate: & eorum ſedes erant Metropoles Provinciarum; quarum una erat in Provinciis ſingulis, ad quam omnes inferiores Urbes in gravioribus cauſis ſe conferebant. Poſtremò, Vicarios habebant Diœceſes; & eorum ſedes Metropoles ſive Primariæ Urbes Diœceſeos erant; unde Imperatorum edicta, aut aliæ leges in Provincias Diœceſeos omnes proponebantur: ubi Prætorium quoque & Tribunal, ſeu ſella erat, finiendis appellationibus, & judiciis per omnes ditionis partes, ſi opus eſſet, adminiſtrandis. Atque hæc quidem brevitèr erat Romanorum magiſtratuum diſpoſitio: nam eorum munera, inferiorum ſaltem, minutatim perſequi, & moleſtum eſſet, & huic inſtituto non neceſſarium.

Atque

Atque operæ profectò pretium eſt conſiderare, quàm propemodùm, aut quàm planè potiùs Reip. Chriſtianæ adminiſtratio ad civilem gubernationem acceſſerit. Primò enim in unaquâque urbe, ut Defenſor Civitatis erat, ſic & Epiſcopus (præſertim in Oriente) cujus auctoritas in Urbe tantùm ſuâ, & in ejus territorio prævalebat. Quamobrem Epiſcopi juriſdictio veteribus παροικία dicta eſt, quæ non erat, ut quidam ſemidocti opinantur, vulgari appellatione, ædificiorum circum Eccleſiam ſive Templum, ſed oppidorum & vicorum circum urbem vicinitas; quam unà cum Urbe ſuâ Epiſcopus procurabat. Secundò, In unaquâque Provinciâ ut Præſes erat, ſic & Archiepiſcopus; qui, quòd in Primariâ Urbe Provinciæ ſederet, Metropolitanus communitèr eſt appellatus. Poſtremò, in unaquâque Diœceſi ut Vicarius erat, ſic Primas quoque, in primariâ Diœceſeos Urbe, ut & Vicarius, inſtitutus; cujus officium erat controverſias Clericorum ad eum ex omnibus Provinciis appellantium, dijudicare, & certis de rebus, quæ ad curam Diœceſeos univerſæ ſummam pertinerent, pro auctoritate ſuâ decernere. Et

Et hinc quidem apparet, primò, Epiſcopum, veteri more, ſummum in Eccleſiaſticis rebus rectorem Urbis fuiſſe: Secundò, Metropolitam Provinciæ: Tertiò, Totius Diœceſeos Primatem. Diœceſis autem olim longè major erat quàm Provincia, ut quæ plurium ſub ſe Provinciarum adminiſtrationem contineret; quanquam illa hodiè minorem multò ſignificet juriſdictionem, quam Παροικίαν, propriè appellârunt veteres. Quibuſnam autem in Urbibus hi Primates ſederint, quæque Provinciæ ad unius cujuſque eorum pertinuerint juriſdictionem, hic indicare potuiſſem: ſed id longum eſſet homini, & aliàs brevitatis ſtudioſo, & nunc ob anguſtias temporis ad reliqua properanti. Verùm ex eo, quod ante eſt dictum, liquet pro numero Diœceſium, Primates fuiſſe undecim, extra tres Patriarchas. Nam ex tredecim Diœceſibus (præter Urbis Romæ Præfecturam, quæ, ut dixi, à Patriarchâ Romano procurabatur), Patriarchæ Alexandrino Ægyptus, Antiocheno Oriens & cæteræ Provinciæ Primatibus ſuis obtemperabant. Tamen eſt fatendum in Africâ (ut in pluribus

pluribus Conciliis Africanis videre licet) Primatum, & Metropolitarum nomen rectoribus ſingularum Provinciarum promiſcuè fuiſſe datum: quanquam juſta Primatis poteſtas ad unum præcipuè & ſingularitèr pertineret.

Quod autem ad horum Primatum juriſdictionem attinet, quanquam non minor eſſet quàm Patriarcharum; horum enim & illorum idem officium erat (ut ex * Anacleti Epiſtolis, & è † Gratiano patet) & nomen quoque Patriarcharum Diœceſeon illis à Juſtiniano frequentèr attributum: tamen dignitas erat aliquanto minor: ſiquidem Patriarchæ ſemper in Conciliis priorem obtinebant locum, & hoc quidem ordine, ut Romanus ſederet primus, Alexandrinus ſecundus, & tertius Antiochenus. Si verò ex me cauſam quæras, cur Epiſcopi hi omnes primarii cùm pares dignitate eſſent, tres tantùm (donec Epiſcopi Conſtantinop. & Hieroſolymit. ambitione tandem hunc honorem acquiſiverint) Patriarchæ ſint appellati: Ego quidem meliorem afferre non poſſum, (quanquam alias ‖ quidam ex Epiſcopis Romanis excuderint) quàm,

* *Anaclet. epiſtol. ad Epiſc. Ital.*

† *Gratian. Diſt. 99.*

‖ *Gelaſ. in Concil. 1. Romano. Gregor. lib. 6. Ep. 37. ad Eulog.*

quòd vel ex his tribus Urbibus Chriſtiana Religio ſe in plures regiones effuderit; quam ob cauſam Chriſtiani eas, ut Metropoles in cæteris eminentes, præcipuo quodam cultu & honore ſunt proſecuti; vel quòd Urbes ipſæ dignitate cæteris omnibus in Imperio Romano longè antecelluerint. Nam ut de Româ (orbis Dominâ) nihil dicam; Alexandriæ, * Dion Chryſoſtomus, & † Ariſtides ſecundas dederunt; ut Antiochiæ tertias Joſephus.

* *Dio Chryſoſt. in orat. 32. ad Alexandrinos.*
† *Ariſtid. in orat. de Romæ laudib.*

Jam verò quod ad Eccleſiæ pacem ſpectat, ad cujus conſervationem hos tres Patriarchas univerſo orbi Chriſtiano præpoſitos fuiſſe arbitraris: ipſi alitèr ſatis Proviſum eſt: partim ordinatione illâ inſigni, (quam ſtrictim jam attigi) quâ ſub Epiſcopis Oppidorum & vicorum Rectores in ſingulis Urbibus, & ſub Metropolitis Epiſcopi in ſingulis Provinciis, & ſub Patriarchis, ſeu Primatibus Metropolitæ in ſingulis Diœceſibus diſponebantur: partim, ſi vulnera ab hæreſi, vel à ſchiſmate Eccleſiæ impoſita, latiùs & periculoſiùs dehiſcerent, Synodorum Congregatione; vel Provinciarum à Metropolitâ, vel Patriarchalium à Patriarchâ ſeu Primate, vel

vel Generalium ab Imperatore factâ, pro variis Ecclesiæ necessitatibus.

Quæstio Secunda.

Cuinam Patriarchæ Ecclesia, & Episcopus Carthaginensis subesset? Alexandrino, an Romano?

Resp.

NEutri. Sed ipse Episcopus Primas erat, adeoque in omnes Provincias Diœceseos (sex autem erant) imperium habebat Patriarchicum. Nam ex tredecim Diœcesibus imperii, memoratis suprà, Africana erat una. Adeò ut Universa Africa, exceptâ Mauritaniâ Tingitanâ ad occasum, (quæ Diœceseos Hispanicæ erat, ut est in Notit. Provinciarum) & Orientali parte ultra majorem Syrtim (Ægyptiacæ jurisdictionis:) Africa, inquam, reliqua universa Episcopo Carthaginensi ut summo suo Primati obtemperabat. Summum eum Primatem voco, quod inter Africanos jam verser, qui (ut notavi ante) omnes suos Metropolitanos

Primates ferè appellabant, contra aliorum populorum conſuetudinem. Veruntamen, quod jam dixi, ſumma Primatis in Africâ poteſtas ad Epiſcopum Carthaginenſem pertinebat unicè. Nam eandem illi poteſtatem in Diœceſi Africanâ || Juſtinianus attribuit, quam Epiſcopo Juſtinianæ primæ, in Diœceſi Dacicâ tribuerat; atque illa (ut è Reſponſione meâ ad Quæſtionem tuam poſtremam intelliges) erat ſumma, & Primatis, ut ità loquar, abſoluti. Quâ Juſtiniani donatione, cave nè Carthaginem putes tunc primùm autoritatem illam obtinuiſſe; hâc enim ei ſua dignitas reſtituta eſt, & quaſi poſtliminio aſcita, cùm eam ſimulque Africam à Vandalorum manibus (qui multos eas jam annos poſſederant) auſpicio ductuque Beliſarii Imperator recuperâſſet. * Stephanus quoque, ſi rectè memini, eam Metropolin Africæ appellat; & † Leo nonus Papa totius Africæ quondam Metropolin fuiſſe agnoſcit: Et quod de eâ libro ſeptimo ſcribit || Salvianus, eodem redit. Quid multa? Præfecturam ibi prætoriam Juſtinianus inſtituit; nec ei Vicarium impoſuit (qualem olim ante Vandalorum irruptionem

|| *Novell.* 131. *cap.* 1.

* *Stephan. de Urbib. in Καρχηδὼν.*

† *Leo* 9. *Epiſt.* 4.

|| *Salvian. lib.* 7. *de gubernatione Dei.*

ruptionem habuerat; cùm eſſet ſub Præfecti Prætorio Italiæ juriſdictione) ſed (ut dixi) Præfectum Prætorio, ut eſt in * Codice, ejuſque ditioni alias Provincias duas de novo adjunxit. Jam Primariæ Urbes, ubi Vicarii tantùm conſiſtebant, Primatum erant ſedes: quò igitur eæ magis, quibus Præfecti Prætorio manerent, quorum vice ſolummodò Vicarii defungebantur?

* *Cod. lib. 1. tit. 27. de offic. Præfect. Prætor. Africæ, lig. 1.*

I.

Nunc de Lybiâ primùm cùm addubites, quòd ea in Niceno Canone Patriarchæ Alexandrino ſit attributa; ego abs te quæſo ut attendas, in eo Canone eam eſſe propriè regionem Africæ, quæ Lybiâ peculiari appellatione dicta eſt; de quâ S. Hieronymus ſcribit in Quæſtionibus ſuper Geneſi, ubi † de progenie filiorum Noæ diſſerit. Situm ejus à Ptolemæo diſces, in Ægypti fuiſſe vicinitate; à || Procopio fines, qui eam olim quicquid erat inter Ægyptum & Cyrenaicam comprehendiſſe dicit. Tamen eſt verum, Lybiæ nomine univerſam Africam generatim notatam eſſe: ſicut & ipſius Africæ nomen, quod primò regionis circa Carthaginem erat peculiare, cum omnibus

† *Ptolem lib. 4. Geograph. in initio; & in tab. 3. Africæ.*

|| *Procop. lib. 6. Ædificior.*

inter Hiſpaniam & Ægyptum regionibus poſt communicatum eſt. Nonne idem quoque obſervare licet, in nominibus ingentium illorum Continentis tractuum Aſiæ, & Europæ? Nam Europa propriè erat una ex Provinciis Thraciæ, cujus Metropolis erat Heraclea; atque Aſia propriè ſic dicta una duntaxat Provinciarum Natoliæ, quæ Metropolin habebat Epheſum. Et nomen Lybiæ in Niceno Canone, hoc peculiari ſenſu debere accipi ipſe evincet Canon: non ſolùm quòd Lybia in Canone ſic deſcribatur, ut regiones ſitum reverà habent, inter Ægyptum, & Pentapolin; (Pentapolis enim eſt alio nomine Cyrenaica:) ſed multò magis, (illa enim altera ratio fortaſſe levior) quòd fruſtrà Pentapolin Lybiæ addidiſſent patres, ſi Lybia poneretur pro magnâ Africâ, cujus Pentapolis erat pars tantùm exigua.

II. De Appellationibus ut dicam: hoc certum, Appellationes Clericorum cujuſque Diœceſeos ultimas canonicè debere fieri ad ejuſdem Diœceſeos Patriarcham, neque ab illius ſententiâ provocare aliò licere: ut liquet ex Conſtitu-

Conſtitutionibus * Juſtiniani, & in Novellis & in Codice, titulo *de Epiſcopali Audientiâ*, L. Sancimus. Notandum eſt autem, quos Juſtinianus Patriarchas Diœceſium vocat, non ſolùm Patriarchas fuiſſe quinque, (totidem enim tunc erant) eo nomine communitèr appellatos; ſed (ut ante poſui) Primates quoque Diœceſium, qui Patriarchicam habebant juriſdictionem. Nam Juſtinianus ipſe, loco Codicis jam citato, appellationis ordinem illic deſcriptum, ab Epiſcopo ad Metropolitam, & ab eo ad Diœceſeos Patriarcham, vetere decreto agnoſcit inſtitutum. Ipſum autem decretum habemus in † Synodo Chalcedonenſi, ubi pro Patriarchâ Diœceſeos, Primas ſeu Exarchus Diœceſis occurrit. Quòd autem Exarchatum Diœceſeos in eo Canone ad Epiſcopum Romanum || Bellarminus trahat; licèt * Papam quendam ſequatur, commentum profectò eſt frigidum, quodque hominis ignorantiam prodat, in veteribus Eccleſiæ ordinationibus non ſatis, ut videtur, exercitati.

* *Novell.* 123. *cap.* 22. *Cod. lib.* 1. *Tit.* 4. *lig.* 29.

† *Concil. Chalced. Act.* 15. *can.* 9.

|| *Bellar. l.* 2. *de Pontif. Rom. cap.* 22.

* *Nicol. I in epiſt. ad Michael. Imp.*

Atque cum his Imperii & Eccleſiæ Conſtitutionibus, Decreta illa † Conciliorum,

† *Concil. Miletit. can.* 22. *Concil. African. cap.* 105.

ciliorum, Milevitani, & Africani, perfectè conſentiunt: quibus vetantur (ſi attendas) non ſolùm tranſmarinæ appellationes, Romam nempe; (quanquam Milevitano Canone & illæ excludantur ſpeciali capite, quòd Epiſcopus Romanus hanc poteſtatem ſpeciatim arrogâſſet) ſed omnes quoque omninò externæ Appellationes quocunque extra Africam. Adeò ut his Canonibus Epiſcopus Alexandrinus non minùs arceretur, quàm Romanus. Nam Africæ nomine, his Conciliis, juriſdictionem ſeu Diœceſin Africanam, (quæ continebat has ſex Provincias, Tripolitanam, Byzacenam, Zeugitanam ſive Proconſularem, in quâ Carthago erat, Numidiam, Mauritaniam Cæſarienſem, & Mauritaniam Sitiphenſem) intelligi non dubitandum eſt: atque ex his Provinciis Africanas Synodos conveniſſe, è libro de Conciliis eſt manifeſtum. Et ſi non ſatis hoc eſſet ad faciendam fidem, tamen ſecundus Canon Synodi Generalis primæ Conſtantinop. rem extra controverſiam ponit; quo expreſsè decretum eſt, Epiſcopum Alexandrinum juriſdictionem tantùm debere in Diœceſi Ægyptiacâ

ptiacâ exercere: Diœceſis autem Ægyptiaca diverſa omninò erat ab Africanâ, ejuſque tantùm confinis, (ut ſuprà dictum eſt) ad ſinum majoris Syrtis.

Atq; illa quidem alia argumenta, pro Epiſcopi Romani in Africam auctoritate non difficultèr elevari poterunt. III.

Nam primò, quòd dicat Auguſtinus, (Epiſtol. 162.) cauſam ſuam Cæcilianum ad Epiſcopos tranſmarinos reſervare potuiſſe, ſic intelligi, ut opinor, debet; hoc eum facere potuiſſe, non appellatione legitimâ, ſed extraordinariâ conqueſtione; nec ad unum modò Epiſcopum (Romanum puta) ſed ad Concilia Epiſcoporum. Nam idem in eâdem Epiſtolâ diſertè affirmat, horum vel millia collegarum fuiſſe, per quos illæ controverſiæ finiri poterant. Non igitur vult Auguſtinus, Epiſcopos tranſmarinos potuiſſe directè, ut ità dicam, injungendo, tanquam ſuperiores, rei inter Cæcilianum, & Donatum à Caſis nigris controverſæ præcipere judicationem; ſed hoc modò, unum cum eo communicando approbare, alterumque à jure communionis (ſi Eccleſiæ judicio non ſe permitteret) amovendo improbare; unde Eccleſiis Africanis, 1.

Africanis, quemnam ex eis recipere, & quemnam rejicere deberent, non eſſet difficile judicatu. Ad hunc, inquam, modum, Cæcilianus cauſam ſuam ad Epiſcopos Tranſmarinos reſervare poterat. Nec quid obſtabat, quò minùs id ille faceret: cùm & ipſe ſummus Africæ Primas eſſet, (Epiſcopus nempe Carthaginenſis) & præſertim cùm Canones Synodorum, Milevitanæ, & Africanæ, qui eum inhiberent, decreti nondum eſſent, & nè Synodi quidem ipſæ, vel centum poſt annos convocatæ.

2. Quod ad alterum Auguſtini locum, in Epiſt. 48. non abſolutè dicit conſortes Donati revincere Cæcilianum debuiſſe coram collegis Tranſmarinis; ſed cum conditione, debuiſſe id eos facere, antequàm ad imperatorem detuliſſent cauſam; quòd talis agendi ratio tum eſſet æquior, & magis Canonica, (ut Eccleſiæ controverſias Epiſcopi judicarent) tum minùs invidioſa. Atque ego porrò, ſi ille dixiſſet abſolutè, eos debuiſſe ipſum convincere coram Epiſcopis Tranſmarinis; non hoc dictum putaverim, quòd aliquis Tranſmarinus Epiſcopus in Africanâ Diœceſi

cesi legitimam jurisdictionem haberet; sed quòd hoc rerum statu non posset fieri, ut ea causa, quæ tàm horribile dissidium inter Episcopos concitaverat, ab eisdem tolerabili aliquâ ratione componeretur.

Quod ad Leonis Decretum de Lupicino, ut jurisdictionis probat sibi arrogationem; sic Lupicini expulsio neglectâ ejus Romam Appellatione probare videtur. Africanos eandem non agnovisse. Hæc autem Appellationum potestas erat planè extraordinaria, quam Leo vel jure assumere, vel colore juris arrogare poterat; quòd summa vel renovandi, vel confirmandi judicia facultas Canone tertio Sardicensis Synodi Episcopo Romano permissa est. Quòd autem in Africâ ille ordinariam jurisdictionem, nec vocatus, tunc exercere velle inciperet, quod eum fecisse ex eâdem liquet Epistolâ: (cùm hominum memoriâ prædecessores ejus ab Episcopis Africanis vel in Appellationum materiâ repulsam tulissent) quòd, inquam, ille sic faceret profectò causam non video: verumtamen cùm vellet facere, causam certè videre videor, cur id præcipuè tunc attentaret. Nam eo ipso anno, 3.

anno, antequam Leo ad Papatum accederet, Carthago capta eſt, & Africa à Vandalorum Rege Genſerico ſubacta, omneſque Epiſcopi Catholici, vel extra Africam in exilium pulſi, vel ſi manerent, graviſſimè afflicti; & Edicto cautum, nè quis novus Epiſcopus in priorum locum ordinaretur; quanquam ſecretò nonnulli fierent. Hoc, inquam, tempus opportunum Leoni erat, non jus antiquum modò Appellationum repetendi, ſed novam quoque exercendi juriſdictionem: cùm Africa penitùs proſtrata eſſet, & Epiſcopi penè omnes crudelitèr deleti, animique eorum qui denuò fierent, hominum, ut videtur, vix mediocrium, miſeriis fracti & debilitati. Hanc certè idoneam habuit occaſionem, è miſerabilibus Eccleſiæ Africanæ ruinis dignitatem ſuam amplificandi.

Quæſtio

Quæstio Tertia.

Ad quemnam Patriarcham ſpectaret Britannia? ad Romanum, an ad quemnam alium?

Reſp.

NEC Patriarchæ Rom. Britannia erat ſubdita, (quod rationes tuæ de Paſchatis obſervatione, & de Auguſtini à Gregorio miſſi rejectione confirmant ſatis) nec alii omninò externæ juriſdictioni: ſed ea cùm eſſet, *una per ſe ſex Diœceſium Imperii Occidentalis, Primatem habebat ſuum, eundemque (ni fallor) Epiſcopum Eboracenſem. Nam in Britanniâ erant Metropolitani tres, (pro numero Provinciarum) Conſtantini M. & Concilii Niceni temporibus. Unus Maximæ Cæſarienſis, Eboraci Epiſcopus; alter Britanniæ primæ, Londini; tertius Britanniæ ſecundæ, Iſcæ: †cujus Epiſcopus Metropolita erat ad Regis Arturi tempus; ſed illa poſt dignitas ad S. Davidis tranſlata, cum Walliæ Epiſcopis ei ſuffraganeis,

* *Notitia Provinc. Occident.*

† *Antiq. Britan. pag. 11.*

neis, permanſit illic ad principatum Henrici primi; à quo Cantuariæ tandem ſummiſſa eſt.

Quanquam autem Britannia poſt in ‖ Provincias quinque diviſa eſt, Valentiæ & Flaviæ Cæſarienſis acceſſione; tamen cùm hæ Provinciæ denuò ſint factæ, cæteriſque detractæ poſt Synodum Nicenam, antiquæ illæ Eccleſiæ Metropoliticæ illius Concilii * decreto ſua jura antiqua retinuêrunt: quæ amittere debuiſſent, ſi qui è ſuffraganeis ſuis facti eſſent Metropolitæ; adeoque ab eorum juriſdictione ſubducti.

‖ *Notitia Provinciar. Occident. fol.* 117.

* *Canon.* 6.

Eboraci, inquam, Archiepiſcopus Britanniæ Primas erat, dum Romani & poſt Britanni hanc inſulæ partem in ditione ſuâ tenebant. Quamvis enim Londinum olim erat copiâ negotiatorum, & commeatu maximè celebre, (ut teſtatur † Tacitus) tamen Eboracum in primis cognomento erat inſigne Colonia (quod Londino deerat.) In eâdem urbe erat Imperatoris Regia. Ibi Septimius Severus eſt mortuus: & inde filii ejus Baſſianus & Geta abierunt Imperatores. Ibi Conſtantius Chlorus Imperator diem obiit: & ibi Conſtantinus

† *Tacitus l.* 14. *Annal.*

ſtantinus M. ejus filius in Imperium inauguratus. Ibi denique Diœceſeos Britanniæ Prætorium erat, & ibi Vicarius præſidebat: ergò ea Diœceſis totius Britannicæ Metropolis erat, (non unius modò Provinciæ, ut Londinum) adeoque Metropolitæ primarii, ſeu potiùs Primatis ſedes. Hoc enim erat in omnibus Imperii Diœceſibus ſolenne: ut ubi Prætorium erat, & Vicarius jus Provinciis dicebat, ibi Primas quoque Diœceſeos ordinaretur. Ideoque in vitâ Severi Spartianus id civitatem vocat κατ' ἐξοχήν. *Veniens*, inquit, *in Civitatem* (Eboracum nempe) *primùm ad Bellonæ templum* (ubi nunc Eccleſia S. Petri) *ductus eſt.* Neque igitur ſine causâ factum eſt, ut || Gregorius, in primâ Anglorum converſione tàm diligenter procuraverit, ut Archiepiſcopalis ſedes tàm Eboraci, quàm Londini ſtatueretur: (quamvis huic Cantuaria honorem tunc præripuerit) idque tàm pari conditione, ut ex Archiepiſcopis qui prior eſſet factus, priorem locum ſibi vendicaret.

|| *Gregor. l. 12. Epiſt. 15. ad Auguſtinum.*

Quæſtio

Quæſtio Quarta.

Quo in Patriarchatu Juſtiniana Prima eſſet?

Reſp.

IN nullo: ſed ipſa Primatum habebat Diœceſis Dacicæ. Cùm enim illa longo tempore poſt reliquas per Juſtinianum Diœceſis eſſet facta hæc civitas ab eo (cùm ibi natus eſſet) Juſtiniana Prima nominata (Acridus ante dicta, ut Nicephorus ait, & eſt in Dardaniâ, ut *Procopius refert) caput illius facta eſt: Ibique & Præfectus Prætorii, & Primas, hic Eccleſiaſticæ, civili ille adminiſtrationi præpoſitus. Quod autem ad juriſdictionem ſpectat, Dacia Mediterranea, Dacia Ripenſis, Myſia ſecunda, Dardania, Prævalitana, & pars tum Macedoniæ ſecundæ, tum Pannoniæ ſecundæ; h. e. tota Diœceſis Daciana eſt attributa. Quæ tamen (ut hoc loco id quoque annotem, nè quem Daciæ mentio in errorem inducat) non eſt antiqua Dacia trans Iſtrum (quæ Tranſylvaniam, Valachiam, &

* *Procop. lib. 4. Ædific. Juſt.*

& Moldaviam, ut nunc vocantur, continebat) ſed Dacia nova cis Iſtrum, & ab eo ad Hæmum montem porrecta. Nam Aurelianus Imperator veteris Daciæ incolas (Barbarorum continuis præliis, & incurſionibus fractos) cis Iſtrum ſive Danubium duxit; eoſque inter duas collocavit Mœſias, parte utriuſque unâ cum Dardaniæ parte ad incolendum eis aſſignatâ: atque eam de populo novo appellavit Daciam, ut Vopiſcus, † Eutropius, || Suidas, atque alii teſtantur.

† *Eutrop. lib. 9.*
|| *Suidas in* Δαυία.

Hujus, inquam, Daciæ, & cæterarum ejuſdem Diœceſeos Provinciarum, Juſtinianæ Archiepiſcopus à Juſtiniano factus eſt Primas; ſummâ ei in Eccleſiaſticis rebus poteſtate attributâ. Nam ordinari debebat ipſe à ſuis Metropolitanis; illi autem, & reliqui Epiſcopi earum Provinciarum, eum ſolum agnoſcere principem, neque ad alium ab eo provocare debebant; ei delata eſt * *Omnis cenſura Eccleſiaſtica, ſummum Sa-*

* *Ut eſſet non ſolùm Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus. Ubi obiter notabis, Archiepiſcopi nomen, his temporibus antiquis, Patriarchis duntaxat è Primatibus datam fuiſſe: quod poſteà Metropolitani etiam ſibi arrogârunt. Modò autem idem Titulus à multis arreptus eſt, qui nec Metropolitani eſſent, & nè unum quidem ſibi ſubjectum habebant Epiſcopum ſuffraganeum.*

cerdotium, ſummum faſtigium, prima dignitas. Lege, ſi placet, Conſtitutionem, (Novel. 11.) & nihil dubitabis. Aliâ quoque Lege (Novel. 131. c. 3.) hoc eſt adjectum, In illis omnibus Provinciis ei locum (*locum*, inquam, non *vicem* modò) Apoſtolicæ ſedis conceſſum. Adeò ut Nicephorus, loquendo de illius Urbis & Eccleſiæ per Juſtinianum Conſtitutione, dicit; Juſtinianum eam feciſſe *Eccleſiam liberam, & quæ ſibi Caput eſſet, cum plenâ poteſtate*, &c. Atque eandem ſummam poteſtatem, & dignitatem, quam Juſtinianæ primæ Epiſcopo dederat, Carthaginenſi quoque Epiſcopo Juſtinianus dedit, ut patet ex quarto capite (131.) Novellæ ſupradictæ. Ideoque reverà nec hic, nec ille (ſi modò hâc poteſtate eis Imperator donare poterat) juriſdictioni Patriarchæ Romani erat ſubditus.

Quare (ut ignorantiam meam liberè confitear) ego nullam quidem cauſam video, cur Epiſcopus Thebanus ab Epiſcopo Juſtinianæ primæ ad Epiſcopum Romanum provocaret. Primò, quòd Epiſcopi Juſtinianæ abſoluta eſſet autoritas, nec ulli

ulli externæ Jurisdictioni obnoxia. Secundo, quòd Episcopus Justinianæ hanc causam, non ex ordinariâ suâ jurisdictione definierit, (sic enim ea pertinebat ad Archiepiscopum Thessalonicæ, Primatem totius Græciæ, in quâ Thebæ erant) sed speciali † Imperatoris mandato, sive delegatione. Tertiò, quòd si Episcopo Thebano appellare omninò licuerit, & Canone Ecclesiastico, & Imperiali Constitutione, ad Patriarcham Constantinop. provocare debuit. ‖ Canone enim prædicto Chalcedonensis Synodi, omnes Clerici, si controversiam haberent, debebant ad extremum pergere ad ipsius Diœceseos Primates, aut certè ad Constantinopolim Regiæ civitatis sedem, ut eorum ibi negotium terminaretur. Adde quòd Imperatores Honorius & Theodosius legem sanxerint, (ut est in * Codice Tit. de Ss. Ecclesiis. L. Omni.) quâ omnes controversiæ, & appellationes Provinciarum Illyrici (quarum Diœcesis Dacica, longo post tempore instituta, pars tunc erat ; ut è vetere † Indice Provinciarum, & è Rufi Breviario apparet) ad Episcopi Constantinopolitani judicium reservabantur.

† *Gregor. l. 2. Epist. Indict. 11. Epist. 6.*

‖ *Concil. Chalced. Can. 9.*

* *Cod. lib. 1. Tit. 2. leg. 6.*

† *Index Provinciar. edit. à Schonhovio. Fest. Ruf.*

tur. Adeò ut ſi Juſtiniani illâ Conſtitutione, quâ Prærogativæ ſupradictæ in Juſtinianam primam conferebantur, Appellationes ad Epiſcopum Romanum non ſatis prohiberentur: hâc ſaltem veterum Imperatorum Lege, quæ ad Conſtantinopolim Appellationes illas revocabat, Epiſcopus Romanus ab earum judicatione repelleretur.

Atque ut ego cauſam non teneo, cur Epiſcopus Thebanus ab Epiſcopo Juſtinianæ Romam appellaret, (niſi fortè quis dixerit, eum ſub ordinariâ Epiſcopi illius Juriſdictione non fuiſſe; & rem, quæ in controverſiam vocabatur, non in Illyrico eſſe factam, ſed in Græciâ, quæ ſub Patriarchæ Conſtantinopolitani poteſtatem non erat ſubdita:) ſic nullam juſtam è contra rationem agnoſco, cur appellationem illam Gregorius reciperet, adverſus jam dictas inhibitiones, niſi veterem illum Sardicenſem Canonem prætenderet, quo provocationes ab omnibus ubique Provinciis ad Epiſcopos Romanos referebantur; aut putaret Epiſcopum Juſtinianæ primæ fuiſſe ſibi ſubjectum, quòd in priorâ illius Primatûs per Juſtinia-

Juſtinianum conſtitutione, à Vigilio Epiſcopo Romano is fortè conſecraretur. Verùm ut hoc Imperatoris juſſu factum eſt ; ſic Sardicenſis ille Canon, qui Romæ fit tanti, à poſteriore, & majore Synodo Chalcedonenſi revocari planè videtur, atque ordo Appellationum definiri aliter; ut in Canone nono illius Concilii legimus.

Et ſic demùm, cauſas, cur alii homines minùs rectè fecerint, me ignorare profeſſus, ſcribendi finem facio: laſſatâ manu, retuſo calamo, ad laſſitudinem tuam fortaſſis potius quam ſatisfactionem: Sed ut tibi ſatisfacerem mihi erat in propoſito, laboremque in memetipſum ſuſciperem. Utcunque res fuerit; non equidem dubito, quin tu & in bonam accipies partem quod rectè à me, & cum ſtudio gratificandi tibi ſcriptum eſt, (neque enim hujus generis tractatus ad omnes ſcribo; & errata mihi ignoſcas, ſicubi lapſus fuerim, quòd veritas mihi ſcopus eſſet, (à quâ nuſquam ſciens aberravi;) & quòd nunc otii non ſatis eſſet, nè facultatis quidem, derepentè ad poſtulata tua reſpondendi uberiùs, & accuratiùs.

DE ANTIQUA

ECCLESIÆ

Britannicæ Libertate;

ATQUE

De legitima ejuſdem Eccleſiæ

Exemptione

A Romano Patriarchatu

DIATRIBE,

Per aliquot Theſes diducta.

AUTORE

I. B. SS. Theologiæ Profeſſore.

V. R. I. B. S. T. D. Digniſſimo.

QVÆ apud me depoſuiſti olim, Vir plurimùm colende, cùm Lutetiâ diſceſſeris, tria tuæ Diatribes exemplaria, Reverendiſſimo Dno. Epiſcopo unum, Nobiliſſimo Baroni alterum, tertium Ornatiſſimo Equiti, tempeſtivè tradidi, fidem liberavi. Qui, quantâ animi alacritate acceperunt, idque non ſine honorifica tui abſentis mentione, ſerus tandem narrare videar, & importunus nimiùm, cùm nihil minus à quovis exigat opuſculi dignitas, quâ Britannicam, imò & Catholicam Eccleſiam, cujus ſeriò vindicias decernis, tantum demereris. Quod cùm ego Triumviratui

viratui huic, quamvis ampliſſimo, non ita officioſo animo, & ſingulari obſequio dicatum noverim, ut eorum gratiâ, cæteris omnibus laboris tui fructum uberiorem prorsùs invidere ſentiaris, expectavi ſæpius, & quantum memini, non ſemel oravi, ut publici potius juris fieret, typiſque mandaretur: & exorâſſem, ſcio, ſi non tantis viris aliud quid quàm promovendi talia animus defuiſſet. Ad me tandem ex tribus unum, infelici fato, exceſſu nempe Baronis, revertitur, id, ſi paſſa eſſet loci diſtantia, ſeque aliqua occaſio obtuliſſet, ad te oppidò maturè remiſeram, à quo ſcilicet, quod unum deerat, poſtremum ſpecimen correctarum paginarum exciperet: hoc cùm difficulter admodum & vix fieri potuiſſe perſpexerim, hanc ego vicariam

cariam ei operam impendi (quod tamen te primùm autore, factum memineris) ut emendarent, nonnulla quæ exſcriptor peccaverat, quæ tu ad oram notaveras, ejuſdem incuriâ delapſa, erigerem, & quod lubens fateor, in typographi ſaltem, ſi non tui. gratiam, denuò ipſe omnia transſcriberem; at mutare omninò aliquid, addere, ſubducere, inſerere, religio erat in tam perfecto & elimato opere, cui tantam videram adhibitam diligentiam, diſquiſitionem adeò ſolicitam, &, ubi opus erat, Clariſſimi Viri Chr. Juſtelli conſilium accerſitum. Hoc quicquid eſt officioli mei, ſi non ingratum tibi fuiſſe intellexero, certè peracceptum aliis, & percommodum fore exiſtimo, qui non facilè reperient alibi aut æquè diligenter ornatum, aut ita

ita in anguſtum coactum, quo, tam levi operâ, antiquam Eccleſiæ noſtræ libertatem potuerint aſſerere, ſeque ab horrendi ſchiſmatis reatu vindicare. Vale, Vir inprimis Venerande. Veſaliæ, 12 Aprilis, 1656.

Veritati integræ,

Chriſtianæ Paci,

Tuoq; in utriſq;

Nomini addictiſſimus,

R. W.

DE

DE ECCLESIÆ *BRITANNICÆ* Antiqua Libertate.

THESIS I.

Jura Patriarchatuum 1. *Conſuetudo introduxit.* 2. *Concilia firmaverunt.* 3. *Imperatores ſanciverunt.*

Κατασκευή.

PRior pars hujuſce Theſeos, nempe quòd *Jura Patriarchatuum*, ſive, quod eodem redit (modò enim de re conveniat, in ſequentibus de voce non erimus admodum ſoliciti) *Jura Metropolitica Conſuetudo introduxit*, patet tum ex

ex disertis verbis magni *Concilii Nicæni primi*, Canone texto, ubi trium principum Patriarcharum confinia definiuntur, & *Metropolitani Romani origo*, æquè atque *Alexandrini*, vel *Antiocheni*, vel etiam aliarum provinciarum (quæ proinde suis quoque etiamnum gaudebant *Metropolitanis*) horum, inquam, singulorum origo refertur à Concilio ad τὸ συνηθὲς, consuetudinem; & insuper *Synodus* decernit illius consuetudinis observationem religiosam verbis his gravissimis, quæ, ceu oraculum, *Ecclesia* verè *Catholica* perpetuò venerata est, nempe τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. Ut antiqui mores obtineant: mandans etiam, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις, privilegia servari *Ecclesiis*. Idem liquet ex luculentis verbis Can. secundi Concil. Constantinop. primi, quæ jubent expressissimè singulas in singulis Diœcesibus Ecclesias gubernari secundùm eam, quæ obtinuit, Patrum consuetudinem, servatis privilegiis quæ Ecclesiis à Nicænis Canonibus tributa sunt.

Secunda pars Thesis, (nempe quod *Jura Patriarchatuum Concilia firmaverunt*) constat tum ex superiori

riori lemmate, tum vel maximè, ex illustri illo Canone penult. Concilii Oecumenici Chalcedonensis (is est 206. Can. Ecclesiæ universalis) cujus Canonis neque * veritatem, neque robur, quisquam, nisi partium Romanarum studio abreptus, vocavit unquam in dubium. Verba istius Canonis sunt ἐμφατικώτατα; en igitur expressam ipsius medullam: Primò asserunt Patres Catholici, se in hoc decreto καὶ πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἕπεσθαι, & *ubique sanctorum Patrum definitiones sequi.* Secundò, *Privilegia senioris Romæ* (non dicunt esse à Christo, vel à Petro, vel à Paulo fundata, sed) *à Patribus indulta*, οἱ πατέρες ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. Tertiò, rationem hujusce prærogativæ Patres subnectunt non divinam, imò ne quidem Ecclesiasticam, sed merè secularem, nempe (uti demonstrabimus tertio paragrapho) autoritatem Imperialem, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, *quod urbs illa imperaret.* Quartò, eadem consideratione moti

* *Hic ipsissimus canon 28. comparet in omnibus exemplaribus Græcis, & tametsi à Leone Pontifice controversus (sua enim interesse videbatur) tamen vidimus & legimus eum ipsum canonem in egregio exemplari etiam Latino, cujus characteris literæ quadratæ, aliarumque priscarum notarum vetustas arguit codicem esse, annorum præter-propter mille. Hoc exemplar extat in Bibliotheca instructissima Cl. Justelli, qui nobis olim istius videndi copiam fecit. Extat & alterum vetustum exemplar Latinum in celeberrima Amplissimi Thuani Bibliotheca, in quo eundem illum canonem legere est etiamnum, ubi jure merito in recentioribus Romanis codicibus, qui illum expunxerunt, fidem desiderare possim.*

Patres

Patres edicunt se (quantum in se) ἴσα πρεσβεῖα ἀπονέμειν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, *rectè judicantes*, verba sunt ipsius Canonis, Constantinopolim, quam vocant *novam Romam, quæ & imperio & senatu honorata sit, & æqualibus cum seniore Roma fruatur, etiam in rebus Ecclesiasticis, non secus ac illa, extolli, ac magnifieri, secundam post illam existentem.* Hactenus Canon. *Secundam* nimirum *ordine*, at neutiquam jurisdictioni Romæ obnoxiam, uti ex asserta in Canone ejusdem cum Roma omnimodâ æqualitate planum est, & etiam clariùs patebit infrà, tum ex Canone octavo *Concilii Ephesini primi*, tum etiam ex novo Canone *Concilii Chalcedonensis*, qui Canones ambo citantur, atque etiam illustrantur in Thesi sequente.

Tertia pars Theseos, nempe quòd *Jura Patriarchatuum Imperatores sanciverunt*, confirmatur, tum ratione generali, tum praxi; primò generali, deinde etiam speciali.

Ratio generalis, utpote totius hujusce discursus veluti fundamentum, altius repetenda est. Dicimus ergò primò, Patresfamilias primitùs fuisse

fuiſſe & Principes, & Sacerdotes; Quin imò, uti ſupplex totius populi Gallici libellus † ad Regem Philippum pulchrum, pœne quadringentis abhinc annis, rectiſſimè obſervat adverſus Bonifacium Papam; prius Melchiſedec diſertè dicitur fuiſſe Rex quàm Sacerdos, ac proinde non coronam aut jura coronæ (cujuſmodi eſſe Regimen Eccleſiæ externum probatur infrà) Rex à Sacerdote accipit, aut Sacerdoti acceptum debet referre. Secundò dicimus, Familiarum propagine, atque earundem in Urbes & Communitates amplificatione, autoritatem œconomicam evaſiſſe politicam. Tertiò aſſerimus, in ipſa Sacerdotii inſtitutione primativâ Moſen nil detraxiſſe de juriſdictione ſuprema authoritatis politicæ. Regia itaque poteſtas remanſit quæ priùs, tum legiſlativa, tum judiciaria, in rebus tum ſacris, tum civilibus; nam ad utrumque Tubæ utriuſque, ‖ æquè atque utriuſque Tabulæ, Moſes ab ipſo Deo Cuſtos eſt conſtitutus, ſcilicet quatenus Moſes erat Rex * in Jeſurun. Quod autem competit Moſi, quà Regi, competit omni Regi. Hoc ipſiſſimum argu-

† *Acta inter Philip. Pulch. & Bonifac. 8.*

‖ *Num. 10. 1.*

* *Deuteron. 33. 5.*

mentum συγκείμενον, tanquam rectè conſequens à Moſe ad Conſtantinum Magnum, poſt tot ſeculorum volumina, Euſebius plus quinquies applicat ad ſtatuminandum autoritatem Imperatoriam circa convocationem & confirmationem Concilii Nicæni primi. Quartò, exinde, quemadmodum Moſes, non autem Aaron, legem ceremonialem tradidit: ita, longè poſt Moſen, Rex David Sacerdotum vices inſtituit, & Rex itidem Salomon Abiatharem ſummum Pontificem deſtituit. Quintò, quando Chriſtus Apoſtolos inauguravit, ſuis quidem illos inſtruxit magnis poteſtatibus, quæ ſunt ſacramentorum adminiſtratio, & poteſtas clavium: verùm id totum Chriſtus largitus eſt Apoſtolis cumulativè, nequicquam privativè; neque enim ſacerdotio Evangelico, aut toto ſuo primo adventu, quicquam detractum juriſdictioni, vel autoritati Poteſtatum civilium voluit Chriſtus Dominus, aut Reges, quia Chriſtianos, eſſe voluit ideò capite minutos. Sextò, dicimus Reges, quà Reges, eſſe debere Chriſti † Rom. 13 6. λειτουργοὺς † & eatenus ſuo gradu Reges dici poſſe, imò debere eſſe Eccleſiæ miniſtros,

miniſtros, ac veluti Eccleſiaſtici Regiminis Epiſcopos externos (uti de ſemetipſo ſapienter || Conſtantinus Magnus) id ipſum magnificus ipſius Chriſti titulus, *Princeps Regum terræ*, ab omnibus Regibus videtur exigere de jure, tametſi de facto plerique Reges non ſint Chriſtiani, tamen ex vi hujuſce tituli omnes Reges tenentur eſſe Chriſtiani.

|| ὑμεῖς τῶν ἔξω, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπος.

Septimò, dicimus eſſe plurima ad externam Eccleſiæ politiam pertinentia, quæ tametſi ad Regem ſolum ſpectant propriè & primariò, tamen in neceſſitatis caſu, ut loquuntur, & ſecundariè devolvuntur ad Clerum, extra ordinem; exempli gratia, τὸ Concalare Synodos; Jejunia, aut Feſta indicere; Parœcias diſtinguere in Diœceſes vel Provincias, Epiſcoporum gradus Hierarchicos figere & ſancire, uti ſcilicet hic ſit Epiſcopus, ille Primas, iſte Metropolitanus; ut hic Epiſcopus iſti ſubjaceat Metropolitano, & è contrà datâ gravi & legitimâ vel occaſione, vel neceſſitate, vel publicâ Eccleſiæ utilitate, ut iſte ſit exemptus ab illo, cui anteà ſubjacebat. Hæc & iſtiuſmodi complura pro vario Eccleſiæ ſtatu, pertinent

tum ad Regem, tum ad Sacerdotem: neq; enim debent confundi duo illa diverſiſſimi Eccleſiæ ſtatus tempora, perſecutionis, inquam, & pacis, ſiquidem tempore perſecutionis, nempe ſub Regibus infidelibus, quamdiu Principes ſunt, prorſus atque omnifariam disjuncti ab Eccleſia, & Eccleſia à Principibus, tamdiu ordo divinus ceſſat, & Regia ſucceſſio interruptionem patitur neceſſariò (interruptionem dico, non abolitionem) tamdiu enim caſus eſt planè extraordinarius, quo caſu Mulier eſt in deſerto; & hunc Principum defectum ſupplet Eccleſia prout poteſt, quemadmodum marito abſente, aut ægrè habente, materfamilias regit familiam: verum enimverò, redeunte divino ordine poſitivo, redit & ſtatus Eccleſiæ ordinarius; ſimul ac Reges recipiunt religionem Chriſtianam, extemplo paries intergerinus corruit, & tunc jure merito reſumunt Reges poteſtatem ſuam, ad extrà, in Eccleſiam Chriſtianam; alioqui dicendum foret in ordine ad Eccleſiæ regimen nil debere intereſſe Pharaonem inter & Moſen, inter Neronem & Conſtantinum; neque, quoad imperium

in

in ſacra, & rectum ejuſdem uſum, hunc illo quicquam plus habere commune cum Eccleſia, quod non modò à recta ratione, verùm etiam à * ſacra Scriptura foret abſonum. Igitur Imperator, ſimul ac ſit Chriſtianus, obtineat oportet ſuam velut in integrum reſtitutionem. Et hæc eſt ſuper hoc argumento materia juris, ſive ratio generalis, quam ſubſternimus veluti baſin juri quod competit Imperatori in ſanciendis regiminis Eccleſiaſtici limitibus externis.

* *Iſai.* 49. 23.

Materiam facti quod ſpectat, ſive praxin, ea eſt tum generalis, ſive Catholica; tum etiam ſpecialis.

Praxis generalis (præter aſſumptionem ſecundi lemmatis, quod ſuprà probatum eſt) conſtat inductione Conciliorum tam generalium quàm provincialium, quæ omnia uti ſupplicant ab ipſo Imperatore ipſam Conciliorum convocationem; ita eidem Imperatori ſubjiciunt ſua decreta ſingula, etiam quæ de fide: quæ tametſi quoad authoritatem intrinſecam unicè pendent à verbo Dei & veritate ipſa; ea tamen quoad authoritatem extrinſecam pendent ab Imperiali ſuffragio: ſi autem ea quæ

sunt de fide, quantò magis ea quæ sunt de nudo tantùm Ecclesiæ regimine, cujusmodi est sanctio Patriarchatuum? Imperialibus decretis subjacent universa, hoc scilicet sensu, ut Canon Ecclesiæ vim legis habeat, id totum manat ab authoritate principali. Inde est quòd vetera concilia singula, prisci Episcopi Catholici universi (etiam Romanus Episcopus ipsus) perpetuò præsentant Imperatori supplenda, emendanda, perficiunda; adeóque suppliciter petunt ab Imperatore singulorum Conciliorum non nudam protectionem, vel meram executionem; sed integram ratihabitionem; atque confirmationem, sine qua, quoad effectum externum, nuda ipsa sunt futura & irrita, & vim planè nullam habitura. De hac veritate appello non modò Cabilonense & Moguntinum, & Turonense, & cætera Concilia minora; sed & produco Concilia ipsa quatuor generalia, de quorum primo, Nicæno nimirùm, Eusebius disertè refert, Imperatorem τὰ τῆς συνόδου δόγματα κυρῶντα ὑποσφραγίδῶναι, Synodi dogmata confirmantem suo velut sigillo muniviſſe. Appello item Concilium Constantinopo-

nopolitanum primum, & ipſam Concilii ad Imperatorem Theodoſium epiſtolam, in qua ſancti Patres univerſi petunt ab Imperatore ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τὸ ψῆφον, &c. confirmari Synodi ſuffragium, &c. Imò appello Leonem ipſum Pontificem Romanum (haud credo inter Pontifices animi abjectiſſimi) qui in ſuis ad tres Imperatores † epiſtolis ſingulis humiliter petit (non mandat, multò minùs decernit, ſed) deprecatur, ſupplicat, ut jubeat Imperator, &c. Sed hæc, tametſi paulò fuſiora, tamen ὀλίγῳ πλείονι ſufficiat indicâſſe, ſcilicet ad evincendum (per regulam generalem de toto ad partem) *Jura Patriarchatuum à conſuetudine introducta, à Conciliis firmata, ab Imperatoribus fuiſſe ſancita*, ὅπερ ἔδει δεῖξαι, quod erat ultimum noſtræ theſeos lemma.

† *Epiſt.* 23, 24, 25.

Id ipſum ex praxi Catholicorum Imperatorum ſpeciali patebit luculentius. Nam qua authoritate Juſtinianus Imperator erexit Juſtinianam primam in novum Patriarchatum, eidemque (ſunt hæc verba novellæ ipſius undecimæ) *indulſit ſummum ſacerdotium, ſummum faſtigium, ſanxitque* || *ea uti haberet locum* (non

|| *Novel.* 131. *cap.* 3.

tantùm *vicem*, ſed *locum*) *Apoſtolicæ ſedis*, adeò ut eſſet, inquit Nicephorus, *Eccleſia libera, & ſibi ipſi caput cum pleva poteſtate*; (quid de Roma ipſa dici queat amplius? quid magnificentius?) ita & eâdem Imperiali authoritate idem ipſus Imperator Juſtinianus, Novellâ 131. cap. 1. Diœceſin Africanam reſtituit in veterem ſuam prærogativam Patriarchalem (quam Vandalorum invaſio interruperat) adeoque ſuo reſcripto Imperiali Epiſcopum Carthaginenſem, abſolutum totius Africæ Primatem, conſtituit. Denique hoc illud eſt quod ſuperiori ſeculo Imperator Britanniæ, Rex Henricus octavus, parili jure in ſua Diœceſi imitatus eſt, eam ſcilicet non erigendo in novam, (quod tâmen in caſu Juſtinianæ primæ factitavit Juſtinianus) ſed eandem duntaxat Diœceſin Britannicam reſtituendo in veterem ſuam libertatem, quâ fruebatur primitivis temporibus veterum Conciliorum Oecumenicorum, * Nicæni ſcilicet, † Conſtantinopolitani, & || Epheſini (de quibus iterùm infra.) Et hæc de prima noſtra theſi plus ſatis, quòd ſcilicet ea ſit reliquis ſequentibus

* *Nicen. can. 6.*
† *Conſtantinop. can. 2.*
|| *Epheſin. can. ult.*

quentibus theſibus veluti ſubſtratum fundamentum.

THESIS II.

1. *Eccleſia Britannica*, *utpote* 2. *extra ſuburbicarias Italicæ Diœceſeos ſemper poſita*, 3. *Tempore Concilii Nicæni neutiquam ſubjacebat Romano Patriarchatui, ſed* 4. *proprio gaudebat Patriarchatu (quantum ad rei ipſius ſubſtantiam) ſicut & Eccleſiæ reliquæ in reliquis liberis Diœceſibus poſitæ.*

Κατασκευή.

AD primum, obſervandum eſt, Diœceſin Britannicam fuiſſe unam ex tredecim Diœceſibus, in quas, ſecundùm nonnullorum * computum, totum Romanum Imperium, præter Romanæ Urbis ipſius præfecturam ipſam, † erat antiquitùs distributum.

* *Hieroel. Notitia Provinciar. Occidental. in Appendice Geogr. Sacræ Carol. à S. Paul. edit. Pariſ. An.* 1641.

† *Juriſdictio ordinaria Præfecturæ Urbis concludebatur intra centeſimum ab urbe lapidem.*

ſtributum. Itidem obſervandum, Britannicam Diœceſin unam quoque fuiſſe ex Diœceſibus ſex Imperii occidentalis, quas inter eminuiſſe patet ex Tacito, Spartiano, & reliquis illuſtrioribus Hiſtoricis Romanis.

Ad ſecundum, animadvertendum eſt, à Concilio Nicæno poſitos fuiſſe ſingulis Provinciis ſuos limites Metropoliticos: certum eſt, inquam, inibi fixos fuiſſe ſuos terminos Eccleſiaſticos tribus præcipuis Metropolitis, Romano ſcilicet, Alexandrino, atque Antiocheno, ſalvo ſemper jure reliquarum Provinciarum iis Metropolitis neutiquam ſubjectarum; nil autem intereſt, ſive eos Patriarchas || vocitemus, ſive Primates (quarum tamen vocum originem, ſicut & muneris amplitudinem, debemus potius ſequentibus ſeculis) ſive * Exarchos

|| *Hoc ſcilicet Patriarchas inter & Primates intereſſe videtur diſcriminis. Iſti* τὰ πρωτεῖα *& præcedentiam ſemper habebant in Conciliis, quum eſſet alioquin extra concilia munerum tantùm non identitas. Sunt qui volunt ſtrictè loquendo potius Metropolitanorum jura fixa in Concilio Nicæno; Patriarcharum verò poſt ipſas Diœceſes deſignatas & Conciliis ſubſequentibus & nominatim in Concilio Chalcedonenſi: Utcunque id ſit, nil iſtud moratur noſtram de antiqua Britannici ſive Metropolitani, ſive Patriarchæ exemptione ſententiam.* * *Exarchi Diœceſeon ſunt Patriarchæ, quibus integræ Diœceſes erant attributæ: id teſtatur Zonaras ad hunc canonem,* Ἐξάρχους δὲ τῶν διοικήσεων τοὺς πατριάρχας εἶναι φασίν. *Porrò hujus canonis definitionem de ordine Judiciorum confirmat Juſtinianus, l. 46. c. de Epiſc. & Cler. Et l. 30. c. de Epiſc. aud. Et Novell. 123. c. 22. Hæc doctiſſimè obſervat Clariſſ. Antiquitatis Eccleſiaſticæ indagator Chr. Juſtell. ad can. 187. Concil. Chalced.*

eos

eos nuncupemus, uti Concil. Chalcedon. can. 9. ſive Archiepiſcopos, uti Juſtinianus promiſcuè, ſive Metropolitas, vel duntaxat Epiſcopos, uti Concilium hoc ipſum Nicænum; totum id perinde eſt, dummodo de re conſtet, nempe nos per Patriarchas eos intelligere, quorum & ordinationi, & Juriſdictioni integrarum Diœceſeon. Provinciæ erant attributæ, quique de cauſis omnibus Eccleſiaſticis cognoſcebant, atque etiam judicabant in ultimo diſtrictu, ita ut ſecundum Juſtinianum Imperatorem, imò ſecundùm Concilium Oecumenicum Chalcedonenſe ipſum, à Patriarchali ſententiâ extra Concilium non daretur provocatio regulariter. Eas autem Provincias quæ unâ Diœceſi concludebantur, nos cum Juriſconſultis vocamus ſuburbicarias, tralatâ ſcilicet, ob manifeſtam utriuſque coextenſionem, à Republica ad Eccleſiam voce forenſi.

Tertiò, demus (de quo tamen adhuc ſub judice lis eſt) Romanum Patriarcham Juriſdictionem extraordinariam ſive Patriarchalem obtinuiſſe in univerſas totius Italicæ Diœceſeos Provincias, tanquam ſuas ſuburbica-

urbicarias, eaſque fuiſſe illas decem numero, tres nimirum inſulas Siciliæ, Corſicæ, & Sardiniæ, atque ſeptem reliquas in Continenti poſitas; quas decem Provincias eidem Diœceſi nonnulli aſſignant, inducti veteri illa obſervatione, ex qua conſtat Eccleſiaſticam Diœceſeon juriſdictionem, tum propter ordinis atque unitatis pulchritudinem & fructum; tum etiam ad inſinuandam mutuam, quæ perpetuò foveri debet quantum poteſt, Eccleſiam inter & Rempublicam harmoniam, accuratâ quadam imitatione, ita temporali ſecularium Vicariorum regimini fuiſſe coextenſam atque coadæquatam, ut Patriarchatus ſive Primatus Eccleſiaſtici non fuerint protenſi ulteriùs quàm temporalia Vicariorum regimina, id eſt, uſque limites earum Diœceſeon, quarum civitates, in quibus reſidebant Vicarii, erant Metropoles, ubi fixum Prætorium ipſum, quod erat omnium in Provinciis eidem ſubjectis, cauſarum atque etiam Appellationum ſummum tribunal. Idem prorſus Eccleſiæ regimen retentum ad unitatis Eccleſiaſticæ conſervationem, cui pulchrè erat conſultum ſingulari & præ-

præſtantiſſimâ illâ ſubordinatione Clericorum minorum ſuis Epiſcopis in unaquaque civitate; Epiſcoporum Metropolitanis ſuis in unaquaque Provincia; Metropolitanorum Patriarchis ſuis in unaquaque Diœceſi. In caſu autem vel hæreſeos, vel ſchiſmatis, ſuccurrebatur Eccleſiæ per Concilia, vel Provincialia, quæ à Metropolitano; vel Patriarchalia, quæ à Patriarcha; vel denique Generalia, quæ ab Imperatore ritè concalabantur. Quemadmodum verò præmiſſa hæc juriſdictionis Eccleſiaſticæ regimini Civili coextenſio generalis patet ex collatione ſecundi canonis Concilii Conſtantinopolitani cum ipſo codice Provinciarum: ita particularis iſta Italicæ Diœceſeos definitio poteſt peti ex Ruffino † optimo illius ipſius Nicæni Canonis ſexti interprete, qui ſuburbicariarum expreſsè meminit eo loco ubi canonem illum interpretatur ex profeſſo; utpote qui & homo Italus, & Concilii Nicæni ævo propinquus, proprios Italici Patriarchatûs limites (ut tunc erant fixi) poterat liquidò dignoſcere; utcunque à Juriſdictione omni-

† *Ruffin. Hiſt. Eccl. l. c. 6. Meminit & illarum ſuburbicariarum expreſsè vetuſta horum canonum verſio exemplari Latino annorum circiter ſexcentorum, quod etiam extat in Bibliotheca Cl. Juſtelli: verba verſionis*

ſunt, Ut Epiſcopus Romanus ſuburbicaria loca gubernet.

um

um illarum decem Provinciarum Italicarum patet fuisse, hoc etiam sensu,

.....penitus toto divisos orbe Britannos.

Ad quartum, nempe tempore Concilii Nicæni Britannicam Diœcesin neque Romano Patriarchatui (sicut crasse supponunt homines hesterni) neque jurisdictioni extraneæ ulli fuisse obviam, jam jam patebit, quum demonstrabimus Ecclesias Britannicas in Occidente proprio Primate. seu Patriarcha fuisse gavisas. Id, cùm totum sit materia facti, arcessendum erit ex historia Britannica ipsa, quæ conscripta à Venerabili Beda, ejusdem Britanniæ Historiographo primario, Presbytero etiam Catholico. In eo igitur legere est Britannicæ Ecclesiæ (cætera etiamnum || Catholicissimæ) ingentem

|| *Gentem Britannicam ad religionem christianam fuisse conversam multis ante seculis quàm Augustinus Monachus à Greg. magno in Britanniam fuisse missus, patet ex sanctis Patribus, tam Græcis quàm Latinis, quales sunt Principes, Athanas. in 2. Ep. contra Arian. Tertul. adversus Judæos num. 43. apud Pamel. Patet etiam ex antiquo Gilda de excidio Britanniæ; is tenin Christianismi Natales in Britannia refert ad summum Tyberii tempus, i. e. circiter annum 35. secundùm Baronii computum, qui fatetur Britanniam 9. annis Româ seniorem in suo Christianismo. V. Euseb. Pamphil. in Chronico. Quin imò Augustinus Monachus ipsos agnoscit Britonum Episcopos pro veré Catholicis, non obstante eorum à Romanorum ritibus discrepantia, imò etiam tum quum Romano Episcopo renuerent. Beda lib. 2. Hist. cap. 2.*

discre-

diſcrepantiam (ne dicam, cum eodem Beda, contrarietatem) ab Eccleſia Romana, tum in Paſchatis diverſimodâ obſervatione, in qua Anatolii Patriarchæ Conſtantinopolitani, non autem Epiſcopi Romani, uſum ſecuti Britanni conformabant ſeſe Orientalibus, non autem Occidentalibus; tum etiam in diverſa ſacri Baptiſmatis adminiſtratione, atque in aliis quamplurimis (teſte Auguſtino ipſo Greg. Rom. Epiſcopi Legato) Idem etiam patet ex Britonum conſtantia in rejectione ejuſdem Auguſtini, quem tametſi à Rom. Pontifice expeditò miſſum, uti Britannis præeſſet; tamen, inquit Beda, univerſi Britonum Epiſcopi fortiter renuerunt agnoſcere pro ſuo Archiepiſcopo, utpote qui haberent Archiepiſcopum proprium; quicunque tandem is fuerit, quem ex Metropoleos Prærogativis, & conſenſus ordine, in Conciliis dignoſcere non fuerit difficile. Statum autem Eccleſiarum Britannicarum, atque earundem partitionem ex indubitatis Britannicæ Antiquitatis Archivis eruere operæ pretium fuerit.

Ab ipſis igitur Conſtantini Magni, adeoque Concilii Nicæni temporibus, tota

tota olim Britannia in tres duntaxat Provincias erat tripartita; * cui, Romano more, præerant in temporalibus tres Romani Proconſules, ſive Præſides: atque pariter in ſpiritualibus præſidebant inibi totidem Archiepiſcopi, vulgò Metropolitani dicti à Metropolibus ſuis, ſive Urbibus principibus, in quibus reſidebant Præſes uterque, tum ſecularis, tum etiam ſacer, id eſt Metropolitanus. Trium igitur iſtarum Provinciarum prima dicebatur Maxima Cæſarienſis, cujus Metropolitanus erat Epiſcopus Eboracenſis; Altera vocabatur Britannia Prima, cujus Metropolitanus Epiſcopus Londinenſis; Tertia erat Britannia ſecunda, Metropolis Legionenſis dicta, cujus Metropolitanus Epiſcopus Iſcanus (vulgò Caeruske) in tractu Monumetenſi: Is erat hujuſce Metropoleos ſtatus à Lucio uſque ad Arthurum Regem, cujus ætate tralata eſt Metropolitica dignitas ad Epiſcopum Menevenſem, cui ſubjecti fuere, tanquam ſuffraganei, Cambrorum Epiſcopi; donec tempore Henrici primi, vel, ut alii volunt, tertii, idem Metropolitanus fuit redactus ſub obedientiam Archiepiſcopi Can-

* *Beda Antiq. Britan. p. 11. paſſim.*

Cantuarienſis. Quicquid autem vel in Provinciis ipſis, vel in Eccleſiis, exinde fuerit irregulariter interpolatum extrinſecus, id non poteſt præjudicare authoritati Imperiali; cujus eſſe, ſuprà demonſtravimus, & externum Eccleſiæ regimen diſpenſare, & limites Juriſdictionum ſancire atque præfinire; nedum poterit uſurpatio, vi vel fraude contracta, derogare decretis Oecumenicis Sanctorum Patrum; aut fruſtrari tot graviſſimos Canones ipsâ canitie venerabiles, ſuper eâdem re edictos, qualis eſt præmiſſus Canon ſextus Concilii Nicæni pro antiquis Prærogativis: Et Canon ſecundus Concilii Conſtantinop. quo cautum eſt: *Uti nullus Epiſcopus ad Eccleſias extra ſuos terminos poſitas accedat.* (Hunc graviſſimum Canonem utinam ſanctè obſervaſſet Epiſcopus Romanus, certè meliùs ſeſe pax Eccleſiæ Catholicæ habuiſſet.) Pergit Concilium mandans, *Ut omnia ſerventur ſecundum ea quæ in Nicæa definita ſunt.* Et ne hæc videantur remotiora à noſtra Britannia, concludit Canon generali ſanctione, *Omnia debere fieri ſecundum eam quæ obtinet Patrum conſuetudi-*

ſuetudinem. Talem autem fuiſſe *Britannorum conſuetudinem,* ut omnia graviora intra ſe ſynodicè agerent, patet ex Beda. * Quinimò uſum fuiſſe, ut illius gentis Epiſcopi ab uno Epiſcopo conſecrarentur, notat nonnuſquam Baronius ipſus.

* *Beda hiſt. l. 2. c. 2.*

Equidem is erat tum temporis pulcherrimus rerum ſtatus in Britannia, donec aliquot poſt Concil. Nicæn. ſeculis ſummiſſus eſt à Gregorio Auguſtinus Monachus, qui quod jure non poterat, primo fraude, deinde Ethelberti & ſuorum Angloſaxonum Neophytorum ope atque armis, molitus eſt Catholicos Britonum Epiſcopos vi cogere, uti ſe pro Archiepiſcopo agnoſcerent atque reciperent: At illi contrà, priſcis abdicare moribus, & exterorum mandatis ſe ſubdere non poſſe, animosè repoſuerunt. † Aliam autem in ſacro Eccleſiæ Britannicæ regimine fuiſſe conſuetudinem, quàm quæ nunc fuit præmiſſa, nemo ex genuina Antiquitate evincet unquam. Et hæc hactenus de theſi ſecunda.

† *Non deſunt hiſtorici perantiqui qui cædem Britonum imputant Auguſtino, cujus impulſu aiunt Ethelbertum occidiſſe ex iis* 1200, *eo nomine quod nollent Auguſtino obedire in Concilio. Eſſeb. Monach. in Merlin. Comment. Nicol. Trivet. citat. à D. Hen. Spelm. Concil. pag.* 111. *Galfred. Monumet.*

THESIS

THESIS III.

Secundæ ſuppar.

Eccleſia Britannica fuit jure merito, 1. *ab Imperatore ſuo,* 2. *reſtituta in veterem ſuam libertatem Eccleſiaſticam; idque,* 3. *ad normam veterum Catholicorum canonum, quibus extat confirmata etiamnum in futurum integra Eccleſiarum libertas.*

AD primum, quicquid hodierni perduelles alterutrinq; calumnientur in contrarium, conſtat ex hiſtoriis quamplurimis, & ex Chronicis authenticis Angliæ regnum fuiſſe Imperium, adeoque pro tali in orbe habitum, quod ſcilicet ab uno ſupremo capite ſeu Rege gubernetur, tum in ſpiritualibus, tum etiam in temporalibus, idque totum impendenter à quoquam Principe extraneo,

aut ſuprematu quocunque in univerſo terrarum orbe. Hæc eſt ipſiſſima medulla expreſſa ex conceptis verbis fuſioris ſtatuti ad hanc rem editi in ipſo Parliamenti, id eſt, totius Regni, Conſeſſu, anno 24. Regis Henrici VIII. cap. 12. quo tempore tres Angliæ ſtatus, Clerus ſcilicet, Nobilitas, atque Populus, volentes antiqua Regni jura, potiùs vi & potentiâ, quàm ex canonum norma ablata, repetere, decreverunt lites ſuas intra Regni limites terminari, ſine provocatione ad exteros, (quæ quidem una eſt juris Patriarchalis prærogativa princeps.) Illud autem eſt ſuper toto hoc negotio Britannico obſervatu digniſſimum, quod ſcilicet hoc pro Eccleſiarum Britannicarum libertate decretum, non fuit introductorium novæ legis, prout, in odium Regum Britanniæ calumniantur homines neoterici, & rerum Britannicarum vel imperiti, vel adverſarii: ſed id Decretum fuit ſolummodo declaratorium veteris conſuetudinis, quæ in Anglia octingentis abhinc annis, & exinde tot retrò ſeculis conſtanter obtinuit, & etiam redintegrata fuit, quotieſcunque occaſio poſtulavit.

De

De hac juſtiſſima aſſertione teſtamur amplum marginem, || quem ut lector

1. *Rex eſt perſona mixta cum ſacerdote, quia tam eccleſiaſticam quàm temporalem habet juriſdictionem. Statut. anno* 10. *Henrici VII. fol.* 18.

2. *Anno Chr.* 755. *Rex Kenulphus eximit Abbatem Abingtonienſem ab Epiſcopali juriſdictione, atque hoc Regis factum pro legitimo fuit judicatum.* 1. *Hen. VII. fol.* 23, 25.

3. *Inter leges Edvardi Confeſſoris, cap.* 19. *dicitur quod* Rex eſt ſummus Vicarius conſtitutus, ut regnum & Populum Domini, & ſupra omnia ſanctam Eccleſiam regat.

4. *Tempore Edvardi primi, quidam Bullam huic coronæ juri derogatoriam attulerat, eo nomine damnatus eſt in exilium, & ejuſdem crimen Læſæ Majeſtatis naturam habuiſſe, fuit judicatum.*

5. 4°. *Edvardi I. Rex in Parliamento (ut loquuntur) expoſuit ipſemet canonem Concilii Lugdunenſis de Bigamis.*

6. 16°. *Edvardi III. Archiepiſcopi Cantuarienſis excommunicatio valida judicatur, non obſtante Pontificis Romani contrariâ ſententia.*

7. 17°. *Edv. III.* 23. *Rex pro ſuo ſuprematu eximit Archidiaconum Richmondienſem ab Epiſcopali juriſdictione, ſicut & omnia Collegia Eccleſiaſtica, vel etiam Monaſteria à Rege fundata ſunt eodem jure exempta.*

8. 27°. *Edv. III.* 84. *Rex ut ordinarius ſupremus per lapſum præſentat.*

9. 33°. *Edv. III. Aide du Roy* 103. *Reges ſacro oleo uncti ſunt ſpiritualis juriſdictionis capaces.*

10. 11° *Henr. IV.* 37. *Papa non poteſt mutare leges Angliæ.*

11. 12°. *Edv. IV.* 16. *Legatus appellens in Angliam debet præſtare juramentum ſe nihil attentaturum in derogationem juribus Regis vel Coronæ.*

12. 2°. *Richardi III.* 22. *Excommunicationes & judicia Romani Pontificis nullius ſunt roboris in Anglia.*

13. 1°. *Henr. VII* 20. *Papa non poteſt in Anglia erigere privilegium ſanctuarii.*

14. 25°. *Edv. III. decretum eſt, Papam non habere jus ullum in Anglia Archiepiſcopatus vel Epiſcopatus conferendi.*

15. 27° *Edv. III. Quicunque citatione vel litis intentatione aliquem ex ſubditis Regis Angliæ ſolicitabit extra Regnum Angliæ, incurret bonorum omnium jacturam (quam Anglicana juriſprudentia vocat* præmunire.)

16. *Richardi II. cap.* 5. *Lege cautum eſt, uti quoniam Rex Angliæ coronam tenet à Deo immediatè, iacirco ſi quis in Romana curia perſe-*

perſequatur aliquamcunque vel litis vel excommunicationis tranſlationem, &c. is tandem bonorum ſuorum multam incurret, extra protectionem Regiam inſuper poſitus.

17. 2°. *Henr. IV. Decretum eſt Papæ collectores virtute ſuarum Bullarum nullam authoritatem vel juriſdictionem habere in Anglia; ſed Archiepiſcopos & Epiſcopos Angliæ eſſe Regis judices ſpirituales.*

18. 11°. *Henr. IV. 69. 76. Uno ore pronunciat Judicum Conſeſſus, ſtatuta præmiſſa eſſe duntaxat communis conſuetudinis Angliæ affirmativa; non autem novæ legis introductiva. Hujuſmodi alia ſtatuta accumulare foret in proclivi, verùm hæc lectori non præjudicata, horum tamen ſtatutorum hactenus fortean ignaro, erunt plus ſatis.*

ingenuus perluſtrare dignetur cunctanter & expensè, denſo veterum ſtatutorum Britannicorum agmine complevimus: inde enim per inductionem partium patebit neq; novum hoc inceptum aut inſolens; neq; irregulare unius Henrici octavi facinus fuiſſe; ſed longè ante Henrici octavi tempora hunc fuiſſe veterem omnium Regum Angliæ ſuprematum in perſonas univerſas, atq; etiam in cauſis quibuſcunq; tam Eccleſiaſticis quàm temporalibus.

Pergimus ad ſecundum, & talem fuiſſe veterem Eccleſiæ ſtatum probamus ex indubitatis Eccleſiæ Britannicæ monumentis, uti primò ex antecitato Venerabili Beda: * Item ex Henrico Huntingdon † ex quo (æquè ac præmiſſis) colligere eſt Auguſtinum Monachum excitaſſe Ethelbertum Regem Cantii adverſus Britonum

* *Bed. Hiſt. Eccl. l. 1. c 27. Et 2. c. 4. ad an. 883.*

† *Henr. Huntingdon. Hiſt. l. 3.*

tonum Epiſcopos, quòd illi, pro veteri libertate Britannica, renuerent ſe ſuaſque Eccleſias Romano Legato ſubdere. Quinimò addit Huntingdon, nec Britannos, nec Scotos (id eſt Hybernos) ideò voluiſſe communicare cum Anglis, & eorum Epiſcopo ‖ Auguſtino magis quàm cum Paganis. Ratio erat, quia videbatur Auguſtinus ἀκανόνως agere cum eis, cogendo eos ut ſe reciperent pro Archiepiſcopo ſuo, & mandatis exterorum ſeſe ſubderent; cùm antiqui mores Eccleſiæ Britannicæ poſtularent, ut omnia intra ſe ſynodicè agerentur. Hinc eſt quòd Britanni ordinationes ſuas intra ſe ſemper concelebrabant, & hoc eſt alterum juris Patriarchalis πρεσβεῖον ſive honorarium. De hoc iterum appellamus Bedam * in hiſtoria Aidani Epiſcopi; Imò provocamus ad Baronium ipſum (ubi ſuprà) qui refert ex Lanfranco, conſuetudines Regni fuiſſe, uti illius Epiſcopi ab uno Epiſcopo conſecrarentur. Hos autem mores antiquos Britanniæ abrogatos fuiſſe Anglo-ſaxonum vi & potentiâ potius quàm

‖ *Hinc eſt illa apud Bed. l. 1. c. 27. Greg. Magni ipſius in ſua ad Aug. Epiſt. triſtis querela,* In Anglia, *inquit,* tu ſolus Epiſcopus, *&c. Quomodo ſolus? ſiquidem ex hiſtorico contextu Bed. l. 2. c. 2. conſtat luce meridiâ clarius, plurimos alios tunc temporis fuiſſe Epiſcopos in Britannia præter Auguſtinum, ſed tamen revera ſolus erat Auguſtinus, quia neque Britanni, neque Scoti volebant cum Auguſtino communicare, ut qui eum haberent pro notorio violatore veterum libertatum Eccleſiaſticarum inſulæ Britannicæ.* * *Bed. Hiſt Eccl. l. 3. c. 3.*

ſynodico conſenſu, teſtatur idem Be-
† *Lib.* 3. *c.* 26. da, † ubi refert, Colmannum Epiſcopum (Finani ſucceſſorem in Pontificatu Northanhymbrorum) atque ſocios Colmanni, maluiſſe potius Epiſcopatum & Monaſterium, quàm mores antiquos deſerere. Quod Epiſcopi Colmanni factum eſt obſervatu dignum, ne, quod nonnulli imponunt, ſoli Monachi Bangorenſes Auguſtinum rejeciſſe videantur: Et hæc erat Britonum veterum adverſus Auguſtinum ἐπεισακτὸν defenſio legitima.
‖ *Lib.* 2. *c.* 2. Verba eorum ex Beda ſupra ‖ fuerunt hæc ipſa, *Quòd non poſſint abſque ſuorum conſenſu & licentia priſcis abdicare moribus.* Et certè hoc Britonum reſponſum nitebatur ratione prorſus irrefragabili & verè Catholicâ, quia ſcilicet hæc inſolens ſubjectio contradixiſſet ſexto Canoni œcumenico Concilii Nicæni, quod diſertè jubet priſcos mores ſervari. Hoc item deſtruxiſſet Canonem octavum Concilii Epheſini primi, quo 1. hujuſcemodi uſurpatio, in caſu ſcilicet Eccleſiæ Cypriæ, vocatur in hypotheſi, *res præter Eccleſiaſticas conſtitutiones, & Sanctorum Patrum Canones innovata, quæ, ſicut communes morbi,*

majore

majore proinde eget remedio, eo quod majus damnum afferat. 2. *Jubet itaque Sancta Synodus* (in theſi, ut loquuntur, ſive in genere) *iſtud & in aliis Diœceſibus, & quæ ſunt ubique provinciis ſervari.* (Ecce Britannicæ libertatis Diploma authenticum.) 3. *Ut nullus Epiſcoporum* (Romano non excepto) *provinciam aliam, quæ jam inde ab initio ſub ſua, vel eorum qui illum præceſſerunt, manu non fuerit* καταλαμβάνη invadat (prout ſcilicet fecit Auguſtinus Monachus) 4. Pergit Canon œcumenicus, & centum quinquaginta plus minus annis ante Auguſtinianam Eccleſiæ Britannicæ invaſionem, eandem veluti prævidens, in anteceſſum irritam pronunciat his verbis graviſſimis: *quòd ſi quis eam invaſerit, & per vim ſuam fecerit, eandem reſtituat.* 5. Nimirum (nam verba hæc ſequentia ſunt ἰμφαλικώτατα, & quæ, uti patebit jamjam, Romanum Epiſcopum ipſum omnium maximè reſpicere videntur) cavet ſancta Synodus, *Ut ne Sanctorum Patrum Canones prætereantur, neque ſub ſpecie adminiſtrationis rerum ſacrarum potentiæ ſecularis typhus irrepat, ſenſimque imprudentes libertatem*

tem eam amittamus, quam proprio ſan-guine Dominus noſter Jeſus Chriſtus om-nium Dominum liberator nobis largitus eſt. Imò iterum ad majus ſcilicet robur, repetit decretum ſuum ſancta Synodus œcumenica. *Placuit igitur ſanctæ & univerſali Synodo, ſervari unicuique provinciæ pura & inviolata jura, quæ jam inde ab initio habet ſecundum antiquam conſuetudinem, libertatem habente unoquoque Metropolitano* (ergò & Britannico) *exemplaria actorum ad ſuam ſecuritatem excipere.* Tandem concludit ſancta Synodus pro ſua authoritate œcumenica. *Si quis autem ſanctionem aliquam* (verba ſingula ſunt generaliſſima) *iis quæ nunc definita ſunt repugnantem attulerit, irritam eam eſſe placuit toti ſanctæ & univerſali Synodo.* Hactenus pro Eccleſiarum libertate Eccleſiæ Catholicæ expreſſiſſimus Canon, qui, poſt materiam facti ante declaratam, ipſam juris materiam complet in gratiam Eccleſiæ Britannicæ æquè ac Cypriæ. Quandoquidem enim, uti conſtat ex præmiſſis, Eccleſia Britannica in occidente gaviſa eſt olim eodem privilegio, quo in oriente Eccleſia Cypria eſt honorata; quidni illud

illud quod ſuum eſt reſumat legitimè tempore pacato, quod ſibi ereptum eſt tempore turbulento, bellorum tumultibus & vi?

Summa totius hujuſce luculentiſſimi Canonis hæc eſt: Voluit vetus & verè Catholica Eccleſia jura Eccleſiarum ſingularum ſervari, non tolli; &, ſi tolluntur vi vel fraude, etiam à quovis Patriarcha, irritum declaratur ejus factum, & inſuper eidem mandatur, ut Provinciam, quam ſuam fecit, reſtituat.

Hunc autem Canonem fuiſſe ſancitum in tacitam oppoſitionem Romani Epiſcopi ipſius, ex iſtius Concilii * Actis non obſcurè colligere eſt: Conſtat enim ex iis Canonem prævaluiſſe non obſtante Epiſtolâ Innocentii primi ad Alexandrum, quâ Romanus Epiſcopus declarabat, Cyprios non ſapere juxta fidem, niſi ſe ſubderent Patriarchæ Antiocheno: cum tamen videamus fuiſſe poſteà huic Papali ſententiæ planè contrarium decretum Synodi univerſalis, quo ſcilicet judicatum eſt hoc ab Antiocheno attentari præter Canones, ac propterea omnes literas ab eo allatas contra Cyprios eſſe irritas. Hactenus theſis tertia; ſequitur ultima. THE-

* *Tom. 2. Epheſin. Synod. append. 1. cap. 4. ep. 18.*

THESIS IV.

Et ultima.

Eccleſia Britannica perſeverans in primitiva ſua exemptione à Romano Patriarchatu tantum abeſt, ut ideo ſchiſmatica dici debeat aut poſſit, quin potiùs eo ipſo (apud Judices verè Catholicos) appareat eam Eccleſiam tanto magis & fuiſſe, & revera eſſe etiamnum, omni ex parte Catholicam, quanto magis præ cæteris ea Eccleſia vindex eſt totius veteris libertatis Catholicæ, quam tot ſacris Conciliorum quatuor Generalium Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, & Chalcedonenſis Canonibus, Catholici

ci patres aſſeruerunt, atque ratam in perpetuum remanere contra futuras uſurpationes univerſas antecedenter declararunt.

EX quo vetus Eccleſiæ Britannicæ libertas ſolenni totius * Regni conſenſu fuit jure reſumpta (ut ſuprà) eandem Eccleſia Britannica (modo in cæteris verè Catholica) pari jure retinere poteſt ſine Catholiciſmi diſpendio, aut ullius ſchiſmatis, multò minus hæreſeos nota. Aſſertionis hujuſce probationem libenter debemus Barneſio, Viro doctiſſimo & pacifico, ſacerdoti etiam tum Romano, ex Benedictinorum ordine Monacho, Britanno, & proinde hujuſce cauſæ Britannicæ arbitro non inidoneo.

* *Videat lector ſi id poteſt comparare M.S. Barneſii, cui titulus eſt* Catholico-Romanus Pacificus, c. 3°. De Inſulæ magnæ Britanniæ Privilegiis, *ob quod ſuum opus ſobrium bonus ille Irenæus, tametſi vitæ inculpatæ & famæ integræ fuit, tamen abhinc .... annos, ut aiunt, è media Lutetia correptus, ſuo habitu exutus, & quadrupedis inſtar barbarum in modum alligatus ad equum, & ita violentiſſimè avectus, primò in Flandriam, dein Romam, ubi in Inquiſitionis Barathrum, deinde in maniacorum ergaſtulum detruſus interiit: ſed enimverò homines truculenti ejus morte non contenti, famam quoque illius perimere conati ſunt, eum ſc. maniâ abreptum è vita emigraſſe audaciter pervulgantes.*

Primó igitur, utrum cauſæ ſubſtractionis fuerint ſufficientes, non eſt ulla-

latenus materia fidei, ſed tota materia facti, cujus (uti rem dicam quàm molliſſimè) Romanus Epiſcopus ipſus eſt ſaltem Correus, ac proinde non poteſt is eſſe competens cauſæ judex, ſed potiùs, ſi res controverſiam pateretur, deferendum id foret Concilio verè Oecumenico ſive generali libero, ritè atq; legitimè convocato : talis autem Concilii tribunali tantum abeſt ut ſe ſuam cauſam ſiſtere Eccleſia Britannica unquam recuſaverit, quin potiùs Concilium generale eſſe ſupra quemvis Patriarcham (etiam Romanum) ſecundum illud Conciliorum par Baſilienſe atque Conſtantienſe, Eccleſia Britannica tenet juxta cum Eccleſia Gallicana [quâ cum μέχει βώμυ optanda foret etiamnum veteris redintegratio concordiæ, quam conſtat † plus mille abhinc annis amiciſſimè interceſſiſſe inter Eccleſiam utramque Gallicanam & Britannicam, etiam tum cùm Eccleſia Britannica non communicabat cum Romana. Et certè ſi utraque pars abſque præjudicio ſeſe mutuò intelligeret, & pars extrema de rigore ſuo vellet remittere, ea Britannicæ Eccleſiæ cum Gallicana conſenſio non foret adeò improbabi-

† *Hinc eſt quòd Wini ordinat. ab Epiſcopis Gallis recipitur à Britonibus etiam tum, cum Aug. Mon. & Epiſcopam rejecerunt, teſte Bed. l. 3. c. 7.*

probabilis, atque primâ fronte videtur Eccleſiam utramque vel alterutram ignorantibus. Verùm hoc duntaxat obiter.] Ad lineas rurſum. Dicimus Eccleſiam Britannicam adeò venerari Concilia generalia, uti ‖ ſpeciali ſtatuto caverit, ne quiſquam ſpirituali juriſdictione præditus præſumat Cenſuras ſuas Eccleſiaſticas aliter diſtringere vel adminiſtrare, aut quicquam hæreticum pronunciare, quod non à Canonicis Scripturis, & quatuor Conciliis generalibus, aut alio quocunque Concilio generali, pro tali judicatum fuerit.

‖ 1° *Elizab. cap.* 1.

Hic ſcilicet fuit ſub Regina Elizabetha ipſe Catholicus Eccleſiæ Britannicæ ſenſus, & ſua de Conciliis generalibus debita exiſtimatio, quam palàm teſtatam fecit in ſolenni totius regni illo Conſeſſu Parliamentum vetus: nam de hodiernis Conciliabulis, quæ nunc regnant in Eccleſiæ illius, & Reipublicæ ſtatu turbulento atque rebelli, ſermonem hîc loci inſtituere nos dedignamur; ſunt enim iſta ſectarum examina illius nuper illuſtris Eccleſiæ duntaxat carcinomata, vel vomicæ, quæ non magis pertinent ad ſacrum Corpus Eccleſiæ Britannicæ, quàm

quàm ſtruma ad Corpus naturale: Et ſanè ſi ipſa olim noſtrum omnium magna mater Eccleſia Catholica penè univerſa, viſa eſt veluti penitùs abſorpta repentino * Arianiſmi diluvio; quid mirum ſi Eccleſia Britannica, una tantùm ex ejus filiabus eidem ad tempus facto ſubjaceat? Et hoc de primo puncto.

** Ita ut Sancti Nazianzeni Eccleſiola vocaretur* κιβωτὸς Νῶς, *& S. Hieronymus in horrenda hæc verba erumpat:* Ingemuit orbis & ſe Arianum factum eſſe miratus eſt.

Ad ſecundum, advertendum eſt, idque maximè, Eccleſiam Britannicam tempore ſubſtractionis ne quidem de facto, multò minus de jure, fuiſſe tum ſubjectam Epiſcopo Romano, utpote quæ.... antè annis quàm ſub Edvardo ſexto paſſa eſt reformationem, à Romano Patriarchatu prorſus fuerat exempta, ex Imperiali ſcilicet Authoritate, ſimul & Principis Henrici octavi, quem id jure potuiſſe patet ſuprà Theſi primâ.

Qualis autem cunque tunc ſubſtractionis occaſio prætenſa fuerit, ea non poteſt præjudicare juri Regio, aut veteri conſuetudini Eccleſiæ Britannicæ ullatenus derogare. Quinimò horum alterutri ſeſe oppoſuiſſe gens Britannica non potuiſſet, ſine per-

perduellionatus ſimul & ſchiſmatis piaculo; inprimis, quandoquidem id totum reſtitutionis Eccleſiaſticæ negotium tranſactum fuit cum expreſſo conſenſu Cleri Britannici (etiam tum Romani) cujus unius Concilium Provinciale, in defectu Concilii generalis, erat gentis Britannicæ tunc temporis ſupremum tribunal merè eccleſiaſticum, cui proinde unicè ſubeſſe debebat, vel etiam poterat, Eccleſia Britannica: ſiquidem eo temporis articulo nullum tum ſedebat Concilium verè generale: Tridentinum autem, quod poſt eſt ſubſecutum, fuit ad ſummum tantùm Patriarchale; cui conſequenter Eccleſia Britannica, utpote legitimâ Authoritate à Romano Patriarchatu anteà exempta, neutiquam ſubjacebat. Quum igitur Eccleſia Britannica nulli prorſus Eccleſiaſticæ Authoritati legitimæ ſeſe oppoſuiſſe dici poſſit, quod tamen eſt inſeparabiliter de eſſentiâ ſchiſmatis, eam Eccleſiam neutiquam eſſe ſchiſmaticam certum eſt: quin contrà Eccleſia Britannica, quâ eſt perpetuò in omnes Chriſtianos ſingulari moderatione atque Chriſtiana dilectione, ſicut neminem, cujuſ-

cunque is ſit communionis, Chriſtianum (modò is totum fundamentum teneat) arcet à ſuâ communione externâ, ſed (niſi juſtiſſima excommunicatio obicem ponat) ſinum Catholicum expandit, & ſacra ſua ubera producit cuicunque Eccleſiæ Catholicæ alumno genuino: ita tam in fide, quàm in charitatis communione internâ, æquè ac in Catholicæ Hierarchiæ, tum etiam liturgiæ, imò quoque & rituum communione externâ, quantumpote indivulſam fovet etiamnum atque profitetur pacem & conſenſionem cum Eccleſia Catholica, à qua nunquam ſeſe ſeparavit ſeparabitve Eccleſia Britannica, utpote fundamenti totius verè Catholici ſemper tenaciſſima. Aliud enim eſt (& in hoc juſto diſcrimine totius hujuſce magnæ cauſæ cardo ipſus vertitur) aliud eſt inquam ſeparare ſeſe ab Eccleſia Catholica, ſive univerſali, & congregationem atque religionem ab Eccleſia Catholica diverſam ſeorſim ſibi fingere, ſicut olim factitabant Donatiſtæ: aliud verò non communicare per omnia Eccleſiæ alicui particulari (puta Latinæ) ſeu potius abſtinere ab externo cultu, qui à quibuſdam,

buſdam, in quibuſdam locis, frequentatur, ſub expreſſa proteſtatione (nam inde natus eſt modeſtus, atque innocens Proteſtantium titulus) ſub proteſtatione inquam, ſimul ac ſcandali occaſio fuerit ſublata, reconciliationis, atque ſub voto (non tam ullius abſolutæ neceſſitatis, quàm publicæ pacis & unitatis Catholicæ gratiâ) redeundi ad illius etiam Eccleſiæ particularis communionem, à qua fulminibus, gladiis, ignibus, Proteſtantes abalienatos, imò ſuperiore ſeculo violenter fuiſſe abactos, notius eſt ex hiſtoria quàm ut probatione indigeat, aut ulteriori amplificatione.

Ex promiſſis igitur liquet, *Eccleſiam Britannicam* in hoc, ut ita dicam, ſuo paſſivo ſtatu ſeparationis à communione Epiſcopi Romani conſtitutam, *eſſe prorſus immunem ab omni labe ſchiſmatis. Quandoquidem* 1. *Chriſtianam cum Eccleſia Britannica communionem Epiſcopus Romanus ipſius omnium* * *primus interrupit.* 2. *Et ſuâ inſuper communione Eccleſiam Britannicam interdicit etiamnum: & iterum ſupra Concilium generale legitimè convocatum (cui ſuum ſemper judicium defert Eccleſia Britannica) Papa ſeſe effert,*

* *Toto poſt reformationem decennio ſub Regina Elizabetha Catholici Romani communicabant cum proteſtantibus ſine ſcrupulo, donec Pius quintus ſuâ Bullâ interdictoriâ conturbavit omnia.*

effert, dum in Bulla Cœnæ Domini vetat provocationem à ſe ad Concilium generale. †

† *Quàm benè concordet nocum hoc interdictum cum vetteri jurejurando Pontificio, lector judicet, ſiquidem (ut optimè notat Cardinalis Deus-dedit, in ſua Canonum collectione) vetus formula fuit jurisjurandi Pontificii, quæ extat Canone Sanct. Diſt. XVI. quâ Papa jurabat ſe quatuor Concilia ſervaturum uſque ad unam apicem. Ex quo ſcitè infert eruditiſſimus Leſchaſſerius in Conſult. Venet. ſic:* Non poteſt igitur Pontifex Romanus jure contendere ſe Canonibus illis Conciliorum eſſe ſuperiorem, niſi ſibi ſuper quatuor Evangelia poteſtatem arroget. *Huic jurijurando Pontificio conveniens eſt antiqua profeſſio Zozimi Papæ Can. Contr. ſtatuta 5. q. 5.* Contra ſtatuta Patrum condere aliquid vel mutare, nec hujus ſedis poteſt authoritas. *Vid. fuſius hac de re M. S. Barneſianum, quo ſupra Paralipom. ad §. 2.* De Concilijs, Papa, ſchiſmate.

His omnibus adde (quod Coronidis vice erit additu apprimè neceſſarium) quòd ſcilicet *Eccleſia Britannica*, poſt ipſum ſacrum Scripturarum Canonem (qualis is in veteribus Conciliis eſt definitus ‖) *firmiter adhæreſcit traditioni verè univerſali tam Eccleſiaſticæ, quam Apoſtolicæ, quæ ſcilicet utraque nititur Eccleſiæ verè Catholicæ teſtimonio vel authoritate*, juxta illud in Vincentio Lirinenſi priſci Catholiciſmi κειμηλιον celebratiſſimum, *Quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus*, &c. Patet Eccleſiam Britannicam duobus hiſce Catholicis principiis inniti, Sacrâ nempe Scripturâ ante & ſupra omnia, dein traditione

‖ *Conc. Laodicen. Can. ult.*

traditione etiam universali; non solùm quia ea amplectitur Concilium generale Nicænum, quo τὰ ἀρχαῖα ἔθη statuminantur; verum etiam Ecclesia Britannica, in Concilio suo * Provinciali, Canone speciali cavit expressissimè, ne quisquam quicquam tanquam de fide, docere præsumat impunè, quod non possit probare ex sacro textu, prout is fuit intellectus à sanctis Patribus.

* *Prima Synodo post fixos Religionis articulos, An. 1. Reg. Elizab.*

Concludimus ergò, Ecclesiam Britannicam, qualis ea nuper erat sub suo Episcopatu ritè constitutam, neutiquam fuisse schismaticam, neque materialiter, neque formaliter: quandoquidem neque sibi erexit Cathedram contra Cathedram, quod est apud Sanctum Cyprianum schismaticorum tetrum stigma; neque ea Ecclesia sese abscidit ab Episcopatu, aut sibimet congregationem unquam construxit contra Canonicos suos Episcopos (qui semper est schismaticorum ex † Concilii Constantinopolitani definitione character formalis) multò minùs suos Episcopos exclusit; cùm Episcoporum & consequenter Presbyterorum suorum successionem continuam, nec (ut ita dicam) ab ipsis

† *Concil. Constantinop. 1. Can. 6. vel. 8.* Αἱρετικοὺς δὲ λέγομεν τοὺς μὲν ἀπορρίσαντας καὶ ἀντιστυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις.

uſque ſui Chriſtianiſmi incunabulis interruptam, ordinationem item legitimam (tam quoad materiale, manuum impoſitionem, quàm quoad formale, quo ſignanter verbis conceptis confertur Epiſcopis ſupra Presbyteros ordinationis & etiam juriſdictionis prærogativa utraque) hanc inquam ipſam ordinationem ſuam ritè & Canonicè ab Epiſcopis Catholicis peractam probat ex ipſis conſecrationum Archivis, || uti nemo jure merito Eccleſiis Britannicis exprobrare poſſit vetus illud apud Tertullianum ſchiſmaticorum opprobrium, *Vos ex vobis nati eſtis.*

|| *Matthæus Perkerus vir pius, traditus, &c. qui Henrico VIII. à ſacris, &c. ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem ritè electus concione habita, Spiritu Sancto invocato & Euchariſtiâ celebratâ, impoſitione manuum trium quondam Epiſcoporum, Guilielmi Barlovi Bathonienſis, Joh. Scorii Ciceſtrienſis, Milonis Coverdali Exonienſis, & Johannis ſuffraganei Bedfordienſis, Lambithe conſecrat. Ille poſt conſecravit Edmundum Grindallum Theologum præſtantem in Epiſcopum Londinenſem, &c. Vid. Camden. Annot. rerum Anglic. part.* 1. *ad an.* 1559.

Quinimò adeò ſunt gemini Britanni avitæ Religionis, adeoque diſciplinæ ſuæ Catholicæ tenaces, uti pro ſuorum Epiſcoporum reſtitutione in integrum Rex ipſus ſereniſſimus Carolus Magnæ Britanniæ Imperator tot tamque indigniſſima opprobria etiam, quod eſt horrendum dictu, ad

ad ipſam uſque mortem, (quam in * Monarcharum omnium Chriſtianorum dedecus atque contemptum ſuomet Regi, Monarchæ non ita pridem adeò potenti intentant profligatiſſimi Rebelles) pati malit etiamnum, quam Epiſcopatum abolere, utpote tremendi, quo ſe in Coronatione ſua, religiosè Deo & Eccleſiæ obſtrinxit ſacramenti illius memor. †

* *Næ infandum hoc facinus Monarchas univerſos per latus unius Regis Magnæ Britanniæ adeò impetit, uti niſi id quotquot ſunt Reges ac Principes, ad juſtiſſimam indignationem juxta atque ſeriam vindictam accendat, metuendum eſt ut tam damnandi exempli contagio ſuum quoque virus diffundat in regna vicina, adeò illud minatur & intentat Monarchiæ ipſius perniciem ruinamque; ſiquidem in ſeditioſiſſimo perfidæ confœderationis epilogo verbis illi expreſſiſſimis cohortantur atque animant cæteras, uti loqui amant, Eccleſias Chriſtianas, quæ vel gemunt ſub truci Antichriſtianæ tyrannidis jugo, vel illud duntaxat metuunt, uti parem ſecum invitem inire confœderationem, ad amplificationem (ſcilicet) regni Jeſu Chriſti, &c. Verba auditis principes Chriſtiani, imò facta videtis: Veſtra res agitur omnium, eorum præcipuè, quos ſpeciatim videri volunt deſignaſſe ſub illo Antichriſtianiſmi nigro charactere; qui in ſenſu perdutlium, non eſt omni meridiano ita communis, quin aliquam cæli plagam præ cæteris ſua malignitate minitari videatur. Deus omen avertat.* † *In Coronatione Regis Angliæ Archiepiſcopus conſecrans nomine totius Cleri, bis Regem adjurat in hæc verba,* §. 1. Domine, viſne concedere, conſervare, & jurejurando tuo confirmare leges, conſuetudines, & libertates Clero conceſſas à glorioſo Rege Sancto Edvardo Deceſſore tuo? *Rex reſpondet,* Concedo, & reſpondeo me ea ſervaturum. *Item* §. 5. *Archiepiſcopus iterum Regem admonet his verbis*: Domine Rex, rogamus te, ut velis conſervare nobis, & Eccleſiis noſtræ fidei commiſſis Canonica omnia privilegia .... & ut protegas nos atque tuteris, prout debet quilibet bonus Rex eſſe Protector & Defenſor Epiſcoporum, atque Eccleſiarum ſub eorum gubernationibus conſtitutarum: *Rex in eadem pene verba ſpondet* ſe ad ultimum potentiæ, Deo juvante, Canonica Eccleſiarum privilegia ſervaturum, Epiſcopos item ipſos defenſurum. *Deinde Rex ad altare deductus, manu tangens ſacrum Codicem,*

Codicem, jurat ſolemniter, ſe hæc omnia præſtiturum, additâ inſuper hac tremendâ imprecatione, Ita me Deus adjuvet, & contenta in hoc ſacro Codice. *Hanc juramenti Regii formulam ex Archivis ipſis Regiis deſumptam hic inſerere libuit, uti orbi univerſo Chriſtiano manifeſtum fiat, hanc regiam hactenus magnanimitatem atque conſtantiam Religioni eſſe imputandam, nequaquam autem pertinaciæ, prout blaſphemant hominis maledici.*

Clerus item, Nobilitatis quoque melior pars, populus etiam Britannicus huc illuc ſparſus (Regiæ hac in parte Religionis æmulus) non recuſat ſubire bonorum ſuorum omnium jacturam, perſecutiones, exilia, imò parati ſunt extrema quæque perpeti, etiam ad ultimum uſque ſpiritum, potius quàm ut ſchiſmaticis conſentiant in Catholici Epiſcopatus exterminatione, quam ſub falſiſſimo Religionis prætextu, cum totius Regiæ poteſtatis abdicatione, moliuntur etiamnum vi & armis homines perduelles, Eccleſiæ totius Catholicæ, atque Religionis ipſius ac veritatis Chriſtianæ, æquè ac omnis Imperii atque Monarchiæ jurati hoſtes; quos D. O. M. unitatis Catholicæ vindex ſeverus ſuo tempore diſpergere, Eccleſiam verò Britannicam, orbis Chriſtiani partem olim perilluſtrem, imò orbem Chriſtia-

Chriſtianum univerſum ipſum veluti gregem unum ſub unico Paſtore tandem recolligere dignetur. AMEN.

S. D. G.

Can. VI. Concil. Nicæn. I.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω.

Johannis

Johannis Barneſii
Benedictini Angli
SENTENTIA,
DE
Eccleſiæ Britannicæ Privilegiis.

Ex Cathol. Rom. Pacif. Sect. 3.

DOlendum ſane nonnullos ſcribentes, Reges M. *Britanniæ* eſſe Feodatarios ſedis Apoſtolicæ, ac conſequenter ſummo Pontif. ut (Monarchæ independenti à Canonibus) ſubditos tum in temporalibus tum in ſpiritualibus, eos nimis exaſperaſſe; & tum à ſummi Pontificis obedientia, tum à Catholica Romana communione alienos reddidiſſe. Optandum hinc eſſet ut ſummus Pontifex publicæ paci & ſaluti regni Britannici aliquid conce-

deret,

deret, & contentus eſſet, ut ſereniſſimus Rex & regnum Magnæ *Britanniæ* poſſit admitti ad communionem ſanctæ Eccleſiæ Romanæ abſque ulla actuali dependentia ab imperio ſummi Pontificis, donec in pleno & libero ſaltem concilio remedium huic malo parari poſſit.

Triplex autem aſſignabo fundamentum Theologicum, ex quo (ſalvo meliore judicio) liquet hoc concilium eſſe probabile, & praxi conveniens.

Primum eſt [a] Gravis metus quem prudentiores Politici rebus ſic in *Britannia* ſtantibus concipiunt, ex actuali ſubjectione ſedi Apoſtolicæ præſtanda. Et certe quis non timeret ei ſubdi, qui ſi diſpliceas ei, juxta recentiorum quorundam aſſerta, & regnum & vitam & famam unius horulæ ſpatio poterit auferre, ſubditoſque Catholicos contra te armare valet?

Secundum fundamentum eſt, quia adhærendo decretis Conſtantienſis & Baſilienſis Conciliorum, quæ declarant eos habendos pro hæreticis, qui defendunt Papam non ſubdi Conciliis Generalibus, videtur in [b] praxi

[b] praxi modernos Papas habendos pro hæreticis: maxime cum hæreſin [c] à dictis ſynodis damnatam defendant pertinaciter, [d] per cenſuras Bullæ in cœna. Quæ dico non ad litem movendam ſuæ Sanctitati, ſed ad humiliter inſinuandum probabile fundamentum, tam illuſtris regni pacificandi, & Eccleſiæ Catholicæ aggregandi.

Tertium eſt, quia ex Can. 8. *Epheſino*, debent conſervari, imo & vi ablata repeti Eccleſiarum antiqua Privilegia: Inſula autem *Britanniæ* gaviſa eſt olim privilegio *Cyprio*, [e] ut nullius Patriarchæ legibus ſubderetur.

Hoc autem privilegium etſi abolitum olim fuit bellorum tumultibus & vi, tamen cum tempore *Henrici* octavi totius regni conſenſu fuit repetitum, & ab eo tempore pacificè præſcriptum, videtur pacis ergo retineri debere ſine diſpendio Catholiciſmi, & abſque ſchiſmatis ullius nota, modo in cæteris regnum ſe conformet univerſalibus Eccleſiæ Catholicæ Canonibus & conſuetudinibus. Et hæc humillime ſuggero ſuæ Sanctitati, paratus ab ipſo corrigi,

rigi, ſi à veritate hic in quopiam declinavero. Certe concilium hoc non ex livore proficiſcitur, ſed ex unionis Catholicæ tam illuſtris regni deſiderio.

Paralipomena ad Sect. 3.

[a] Videatur reſolutio Eccleſiæ Gallicanæ in Concilio Turonenſi 1510. ſub *Ludovico* 12. quæ extat apud *Bochellum* in decret. Eccleſiæ Gall. lib. 5. Tit. 5. cap. 5. ſect. 3. ubi quæritur, an ob odium notorium & aggreſſionem injuſtam, liceat Principi ſubtrahere ſe ab obedientia Pontificis; attento quod Pontifex concitavit alios Principes & communitates, imo & tentavit cogere ad invadendas terras, & dominia ejuſdem Principis? Concluſum eſt per Concilium, Principem poſſe ab obedientia talis Papæ ſe ſubducere ac ſubtrahere, pro tuitione tantum ac defenſione jurium ſuorum temporalium. Et pulchre *Gerſon*, tract. de auferibilitate Papæ ab Eccleſia, conſid. 14. *Si ſit aliquis qui totam præcedentiam ſuam & Papalem*

lem dignitatem convertere velit in inſtrumentum nequitiæ & deſtructionis alicujus partis Eccleſiæ in temporalibus vel ſpiritualibus, nec pateat ſufficiens remedium aliud, niſi ſubducendo ſe ab obedientia talis poteſtatis ſævientis & ſeipſa abutentis, & hoc ad tempus, vel quouſque Eccleſia vel Concilium provideant, hoc fas erit; dum tamen illud agere, pia quædam impellat neceſſitas. Idem in quæſtione, an liceat in cauſis fidei à ſummo Pontifice appellare, ſeu ejus judicium declinare, ait ſimiles ſubſtractiones multipliciter approbatas fuiſſe per ſacrum *Conſtantienſe* Concilium, ac ſpecialiter in ſeſſione publica celebrata die 6. Aprilis, ann. Dom. 1415; & ſic practicatum in Concilio *Piſano:* è quo ſcribens Cardin. *Leodienſis* in Epiſt. apud *à Niem.* lib. 3. cap. 34. Ait, *hoc aſſertum* modo *à Gerſone eſſe notiſſimum,* & allegat pro ſe *Auguſtinum, Ambroſium, Bedam,* & alios. Et *Gerſon* loco nuperrime citato ait, *Hanc propoſitionem Petri de Luna, quod nunquam licitum eſt facere ſubſtractionem ab aliquo vero Papa, in Concilio Conſtantienſi reputatam fuiſſe hæreticalem.* An autem cauſæ ſint ſuffi-

ſufficientes ſubtractionis in regno Magnæ *Britanniæ*, non eſt materia fidei, ſed facti; in quo ſtandum eſt prudentiorum & peritiorum rationibus & authoritati. Nam Prælati Eccleſiæ, ubi eſt quæſtio de admiſſione pœnitentium ad communionem & ſacramenta Eccleſiæ, in rebus facti præſertim, non debent eſſe nimis tenaces in propria opinione. *Caveant facile damnare peccati mortalis, ubi in praxi ob validam rationem vel authoritatem, probabilis eſſet opinio pœnitentis; cui, depoſita practice ob aliquam circumſtantiam, aut alterius poſſeſſionem propria ſententia, confeſſarii ſe conformare tenentur: Nec enim tenentur ſemper tutiorem ſententiam, ſi rigidior ſit, ſequi, ſed ſatis eſt tutam; at ſi parum tuta habeatur pœnitentis opinio, perpendant confeſſarii an interdum non ſit relinquendus in ſua ignorantia cum bona fide: Confeſſarii debent benigniorem partem in dubiis ſequi, in gratiam pœnitentis:* Ita Henriques Societatis Jeſu Theologus, in ſumma Theologiæ Moralis lib. 6. de Sacramento pœnitentiæ cap. 26. num. 6. ex *Navarro, Sylveſtro* & *Cordubenſi*, quos ibi citat & ſequitur.

[b] [c]

[b] [c] Suppono non modo haberi probabilem, ſed etiam certam inter Scriptores, partibus S. Pontificis faventes, ſententiam; eam fidem habendam eſſe pro Catholica (ita ut oppoſita ſit hæretica, & oppoſitam defendentes hæreſeos inſimulentur) quæ traditur ut talis per definitionem Oecumenici Concilii approbati ab indubitâto Pontifice, ut cum *Cano* de locis Theologicis, lib. 5. cap. 4. Concluſ. 3. & *Bellarmino*, lib. 4. de Rom. Pontifice, cap. 2. reliqui paſſim fatentur. At ſic Concilium *Conſtantienſe*, Seſſ. 4, & 5. approbatum per Bullam *Martini* V. & *Baſilienſe*, Seſſ. 2. confirmatum pro legitimo per Bullam *Eugenii* IV. Seſſ. 16. decernunt Papam ſubeſſe Concilio Oecumenico. Probabile ſaltem eſt igitur oppoſitum eſſe Hæreſin.

Chronicon Chronicorum, opus docti *Anonymi* Scriptoris tempore *Eugenii* IV. eique faventis, ſcribit *Eugenium* per literas Apoſtolicas approbaſſe decreta eorum. Ita Platina etiam in *Eugenio*. Et res eſt legenti Bullas notiſſima.

Univerſitas Pariſienſ. in Appellat. contra *Leonem* X. ait, damnationem *Baſilienſis* Concilii eſſe contra fidem Catholicam.

Æneas Sylvius lib. 2. Comment. de Geſtis Conc. Baſil. narrat. Eleemoſynarium Regis Arragonum, Epiſcop. Ebronenſem, Abbatem Virgiliacenſem, & Epiſcop. Lubicenſem, ubi adeſſe migrationis horam ſenſere, compluribus ad ſe viris gravibus accerſitis coram ipſo Chriſti corpore, quem ſtatim ſumpturi, & ante cujus tribunal inter paucas horas comparituri erant ; *Vos omnes, qui adeſtis, dixerunt, orate Deum ut illos convertat qui Gabrielem pro ſummo Pontifice recognoſcunt, quia in eo ſtatu ſalvari non poſſunt :* ſeque in fide Baſil. concilii morituros profeſſi, abſque ulla excuſatione dormientibus ſimiles ad Dominum migraverunt.

Ludovicus Cardinal. *Arelatenſis* vir doctrina & miraculis clarus, in orat. apud *Æneam* lib. 1. Com. Concil. Baſil. vocat *Eugenium devaſtatorem Eccleſiæ*, & ei adhærentes *diſcedentes à veritate fidei & S. Patrum traditionibus :* E contra adhærentes *Baſilienſi* concilio ait *pro veritate fidei*

dei & S. Patrum traditionibus mori non dubitare. Ibidem *Æneas Sylvius* vocat ſententiam anti-ſynodalem, *Eugenianam* hæreſin. Concilium *Piſanum* in literis apud *Bochellum* in decret. Eccleſiæ Gall. lib. 5. tit. 20. cap. 40. vocat libellum *Cajetani* de authoritate Papæ, quia eſt contra concilium *Conſtantienſe* & *Baſil.* & *Piſanum*, & contra *Johannem Gerſonem optimum Eccleſiæ defenſorem, ſuſpectum & plenum injuriis*; & *Cajetanus* propterea vocatur *homo audax & periculoſus.*

Et vir doctiſſimus *Vigorius* Comment. in Reſp. ſynod. Concil. Baſil. ſect. 5. num. 6. teſtatur pragmatica ſanctione *Caroli* VII. decreta *Baſil.* Concil. recepta fuiſſe cum conſenſu omnium ordinum Galliæ, Eccleſiæ Gallicanæ & Univerſitatum.

Quin & *Pius* II. in Bulla retract. teſtatur pene ab omnium nationum viris *Baſilienſi Concilio delatum.* Adeo ut verum *Vigorius* retulerit loco citato, *de approbatis per Conſtantienſe Concilium de authoritate conciliari hæſitare, ut protervum ſacrilegium à præſtantiſſimis Juriſtis*, quos citat, *pronuntiari.*

[d] Vide dictum S. *Roberti Lincolnienſis* Epiſcopi (apud *Weſtmonaſterienſem*, *Matthæum Pariſ.* 1253. & *Harpsfeldium* ſec. 13. c. 24.) qui *maximum genus pertinaciæ in ſummis Pontificibus fore reputat, ut cenſuris excommunicationibuſque cogant homines ad ea quæ prava ſunt, & contra fidem & bonos mores militant, amplectendum.* Bulla autem excommunicationis in cœna vetans appellationem ad generalia concilia ſub pœna excommunicationis, virtute vetat agnoſcere ea eſſe ſupra Papam. Nam ut Juriſtæ docent, *iniquitas aperta eſſet & contra jus naturæ, prohibere appellationem ad eum, qui agnoſcitur eſſe ſuperior.* Qui ergo vult videri tantum tollere appellationem ad Concilia per cenſuras, δυνάμει tollit eorum ſuprematum, & poteſtatem ſupremam in Pontifices. Verba *Weſtmonaſterienſis* ſunt hæc ad annum 1253. *ſub rege Henrico* III. *graviter redarguit tam fratres prædicantes quam minores, dicens, Quod eorum Ordo ideo in paupertate voluntaria conſtituitur, ut liberius Magnatum error ab eiſdem reprehendatur: In hoc autem quod ipſi peccatum Magnatum audacter non redarguunt,*

guunt, eoſdem eſſe Hæreticos dixit manifeſtos: Et addidit; Hæreſis eſt ſententia humano ſenſu electa, Scripturæ ſacræ contraria, palam edocta, pertinaciter defenſa. Dare autem curam animarum parvulo, ſententia eſt alicujus Prælati, humano ſenſu electa, propter carnem vel temeritatem; & eſt ſcripturæ ſacræ contraria, quæ prohibet fieri paſtores qui non ſunt idonei ad arcendum lupos: & eſt palam edocta, quia manifeſte portatur charta ſigillata vel bullata: vel eſt pertinaciter defenſa, quia ſiquis voluerit contradicere, ſuſpenditur & excommunicatur. Cui autem tota definitio hæreſeos convenit, hæreticus eſt: ſed quiſque fidelis tenetur ſe opponere hæretico quantum poteſt; qui ergo poteſt contradicere & non contradicit, peccat, & videtur fautor eſſe erroris ſec. illud Gregorii, Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Hæc dixit occaſione literarum Papæ præcipientis facere aliquid quod videbatur eidem Epiſcopo injuſtum & rationi diſſonum. Judicium *Weſtmonaſterienſis* de ſancto *Roberto* tale eſt: *Hic Robertus bonum habens Zelum ad Dominum & Proximum,*

mum, licet Canonicos ſuos multum vexaverit, & in Religioſos & Religioſas terribiliter fulguraverit, confidenter tamen dico, quod plus Deo placuerunt virtutes, quam diſplicuerunt exceſſus. Quod nunc per miracula ad tombum ejus coruſcantia manifeſtatur. Aitque quod *licet Dominus Papa valde commotus iſtiuſmodi dictis & factis ipſum propoſuit præcipitare in confuſionem, ut toti mundo foret ſtupor, & tremoris exemplum; tandem tamen conſilio ſaniore emollitus, ſub diſſimulatione permiſit tranſire, ne majorem videatur ſuper hoc tumultum excitare.* Hæc ille. Vide authores ſupra citatos.

[e] Puto me facturum rem gratam antiquitatis ſtudioſis ſi breviter hic ex tractatu noſtro exſcribam pauca, ex quibus conſtet *Britannos* & *Scotos* (quos vocamus *Hibernos*) ante adventum *Auguſtini* in *Angliam*, fuiſſe Catholicos, & in Occidentali Eccleſia gaviſos eſſe iiſdem privilegiis, quibus in Oriente *Cyprii* honorati ſunt. *Gildas* ſapiens teſtatur *Britanniam pene ab Apoſtolorum ſeculo habuiſſe Antiſtites, qui pacificis & formatis cum reliquo Orbe communicarunt, jam inde ab initio Evangelii. Tertullianus*

nus adv. Judæos, num. 43. apud *Pamelium*, poſt numeratas è toto Orbe Eccleſias Catholicas, ſubdit, & *Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto vero ſubdita eſſe :* & *Pamelius* in dictum locum ex *Beda* & *Polydoro Virgilio* fatetur, Britanniam totam non modo ſub *M. Antonino Vero*, publice Evangelium recepiſſe ſub *Lucio* Rege, ſed etiam ex *Gilda* lib. de excid. Britann. aſſerit, ab ortu Evangelii à *B. Joſeph.* ab *Arimathea Britannos Chriſti religionem accepiſſe.* Vid. in eam rem *Pitſeum* de Antiquit. Eccleſ. Britann. *Harpsfeld.* in hiſt. Angl. Eccl. c. 1. *Gildæ* ſuffragatur non modo *Tertullianus*, ſed etiam *Origines* Hom. 4. in *Ezechiel.* Imo & D. *Athanaſius* in 2. Apolog. contra *Arrianos*, gloriatur ex Britannia ſeſe contuliſſe Epiſcopos ad *Sardicenſe* concilium, in quo *Athanaſii* abſolutio obtenta fuit. Et in Epiſt. ad *Jovianum* Imperatorem, quæ extat apud *Nicephorum Calliſtum* lib. 10. Hiſt. Eccleſ. c. 42. probat ſe Catholicis per orbem diffuſis Eccleſiis communicare, & inter alios Hiſpanicæ, Britannicæ, Gallicæ, quas Eccleſias ait fidem Catholicam *Athanaſii* communi conſenſu recipere.

Hieron. in Ep. 85. *Et Galliæ & Britanniæ Eccleſiæ unum Chriſtum unam obſervant regulam veritatis.* Idem docet *Chryſ.* in orat. contra gentes. Et Catholicos Epiſcopos venisse ad ſynodum *Ariminenſem* ex Britannia conſtat ex *Severo, Sulpitio, Theodoreto, Hieron.* in Chron. *Ruffino, Socrate, Zozomeno* citatis ab *Harpsfeldio*, Hiſtor. Eccleſ. ſex prim. ſec. cap. 15, & 16. Hanc communionem & unitatem regulæ, Eccleſiam Britann. ſervaſſe cum Gallicana uſque ad adventum S. *Auguſtini* in Angliam, & poſtea; fusè in tractatu de Πρωτοκόλοις conciliorum probatum à nobis eſt: & patet ex lib. 1. Hiſt. gentis Anglorum, & *Harpsfeldio* loco citato cap. 20. & aliis Angliæ ſcriptoribus, Eccleſiam Gallicanam miſiſſe in Britanniam SS. *Germanum* & *Lupum* paulo ante adventum *Auguſt.* in Angliam, ad Britannicæ Eccleſiæ ſuccurrendum. Et *Beda* lib. 3. c. 7. narrat, *Agilbertum Pontificem Gallum, legendarum gratia ſcripturarum, non parvo tempore demoratum in Hibernia.* Quinetiam patet ex *Beda* hiſt. l. 4. cap. 23. *Harpsfeldio* hiſt. 7. ſec. c. 36. *Surio* & aliis, *Hildam Monialem Calenſem* miſſam in Angliam à S. *Aidano*,

S. *Aidano*, & Britannicæ Eccleſiæ communicaſſe. E contra vero, etiam tum cum in Calenſi Monaſterio docet, S. *Marlovium, Brendanum, Sampſonem, Polenſem,* circa annum 560. Gallicanæ & Armoricæ Eccleſiæ communicaſſe, ſimul & Britannicæ & Hibernicæ, ut conſtat ex *Harpsfeldio* inter alios c. 26, 27. Idemque feciſſe SS. *Furſeam, Ceddam, Foylanum, Ultanum,* S. *Euſtachium,* S. *Columbani* diſcipulum, *Diſibodium, Fredegundum, Cedwallam, Oſwaldum,* Regem, *Wigbertum, Fiacrium, Willibrodum, Columbanum,* qui utrique Eccleſiæ & Britannicæ & Gallicæ communicarunt. Erat ergo Britannia tempore S. *Auguſtini* Apoſtoli (ut vocant) Angliæ, Catholica; & conſequenter Scotica ſeu Hibernica. Nam conſtat ex *Beda* lib. 2. c. 4. hiſt. Hibernos, quos Scotos vocant, *ſimilem vitam ac profeſſionem egiſſe.* Et poſtea, *Scoti nihil diſcrepabant in converſatione à Britannis.* Patet autem ex loc. cit. proxime D. *Bedæ*, c. 27. & *Henrico Huntingdonienſi*, hiſt. lib. 3. *Nec Britannos nec Scotos velle communicare cum Anglis, & eorum Epiſcopo ſancto Auguſtino, magis quam paganis*; & ratio erat, quia videbatur

videbatur *Auguſtinus* ἀγωνίως agere cum iis, cogendo eos ut reciperent eum pro Archiepiſcopo, & mandatis exterorum ſe ſubderent. Cum antiqui mores Eccleſiæ ſuæ poſtularent ut omnia inter ſe ſynodice agerent, tum pro Epiſcoporum ordinationibus, tum pro aliis negotiis Eccleſiaſticis. Verba eorum ex *Beda* lib. 2. c. 2. Eccleſ. hiſt. ſunt, *Quod non poſſint abſque ſuorum conſenſu & licentia priſcis abdicare moribus.* Cum pateat hoc eſſe contra Canonem *Nicæn.* 6. qui jubet *priſcos mores ſervari, & Epheſinum* 8. Qui vult *jura Eccleſiarum non tolli, & ſi tollantur etiam à quovis Patriarcha irritum declaratur ejus factum.* Et mandatur ei, ut *provinciam quam ſuam fecerit, reſtituat.* Interim Britannicæ Eccleſiæ mores quinam ſint, licet ex *Bed.* hiſt. lib. 3. cap. 3. diſcere.

S. *Oſwaldus rex, Scoticæ & Britannicæ communionis obſervator, cupiens habere Antiſtitem, cujus doctrina & miniſterio regeretur gens Anglorum, miſit ad majores natu Scotorum. Illi tractatum magnum in concilio quid eſſet agendum habere cæperunt: decernunt Aidanum dignum Epiſcopatu, ſicque illum ordinantes ad prædicandum miſerunt.*

runt. Quæ conſuetudo in Hibernia diu duravit, ut conſtat ex *Sylveſtro Giraldo* in Topographia Hiberniæ, diſt. 3. c. 17. In Hibernia tamen Epiſcopi ſe invicem conſecrabant, uſque ad tempus *Eugenii* III. quo miſſus fuit *Papyrius* legatus ad conſtituendum ibi Archiepiſcopos. Et ex *Huntingdonienſi* lib. 3. hiſt. Et *Bed.* lib. 2. conſtat & Scotos & Britannos *omnia ſua communi conſenſu egiſſe.* Imo ut conſtat ex *Baronio* ad ann. 1089. in fine illius anni *Lanfrancus Cantuarienſis* refert, in Epiſtola ad regem Hiberniæ Terdeluacum, *Conſuetudinem regni fuiſſe, ut Epiſcopi ab uno Epiſcopo conſecrarentur.* Imo Britannicas Eccleſias fuiſſe Catholicas judicio ipſius *Auguſtini*, quocum nolebant communicare, patet ex lib. 2. hiſt. *Bed.* c. 2. Nam *Auguſtinus* offert Epiſcopis Britanniæ ſuam communionem, modo vellent ſe Eccleſiæ Romanæ conformare in ceremoniis Baptiſmi, & obſervatione Paſchatis. Quæ oſtendunt Britannos conveniſſe cum *Auguſtino* in rebus fidei. Circa hoc obiter nota lapſum *Bedæ.* Nam in libro de 6. Ætat. mund. ann. 4591. ſcribit Scotos fuiſſe Quarto-decimanos, & tamen

tamen *Beda* lib. 3. c. 3. ait eos Dominica Paſcha celebraſſe; quo die conſtat *Anatolium* Conſtantinopolitanum Patriarcham, qui uſum ſuum illis tradidiſſe aſſerebatur, Paſcha celebraſſe. Mores antiqui Britanniæ, vi & potentia Anglo-Saxonum erant abrogati, potius quam ſynodico conſenſu. Quod videntes viri ſanctiſſimi *Colmannus* & ſocii, *maluerunt potius Epiſcopatum & Monaſteria, quam antiquos vivendi mores deſerere*; ut narrat *Bed.* l. 3. c. 26.

Hæc cum ita eſſent, tres ſtatus Angliæ, volentes antiqua regni jura, potius vi & potentia, quam ex Canonum norma, ablata repetere; Ex conceſſione Canon. 8. *Epheſini*, an. 24. *Hen.* 8. c. 12. Statutorum, decreverunt lites intra regni limites terminari ſine provocatione ad exteros.

UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

FINIS.